§. 2. Et ovium foetus in fructu sunt, et ideò ad bonæ fidei emptorem pertinent, etiam si prægnantes venierint, vel subreptæ sint. Et sanè, quin lac suum faciat, quamvis plenis uberibus venierint, dubitari non potest. Idemque in lana juris est.

49. *Idem lib. 9 ad Plautium.*

Quod fructuarius ex re sua donat, ex re ejus est. Sed si eo animo id lecerit, ut ad proprietatis dominum pertineat, dicendum est illi adquiri. Si autem extraneus ei donet, indistinctè soli proprietario adquiritur. Eadem dicensus in homine libero qui bona fide mihi servit: ut si ei aliquid donaverim, meum sit. Et ideò Pomponius scribit, quamvis donaverim ei operas suas; tamen quidquid ex operis suis adquireret, mihi adquiri.

séparés de la terre appartiennent au possesseur de bonne foi, même avant qu'il les ait perçus. On n'examine pas si la chose demande à être prescrite de long temps ou non: par exemple s'il s'agit d'un bien appartenant à un pupille, d'un bien possédé par violence, ou d'une chose donnée à un président de province en fraude de la loi Julia *repetundarum* contre les concussionnaires, lesquels auroient depuis été transportés à un acquéreur de bonne foi.

1. On a élevé cette autre question: Supposons que lors de la tradition de la chose, j'aie cru de bonne foi qu'elle appartenait au vendeur, mais que depuis j'aie eu connaissance qu'elle appartenait à un autre, peut-on dire que parce que la prescription de long temps court toujours à mon profit, je fasse aussi les fruits miens? Voici comment Pomponius s'explique: Je crains qu'un tel possesseur ne puisse être réputé de bonne foi: car la possession de bonne ou de mauvaise foi est une chose de fait, quoique la prescription soit de droit, et que par conséquent il puisse prescrire dans tous les cas. On objecte en vain que le temps de la prescription court à son profit; parce qu'on peut citer le cas où celui qui ne peut pas prescrire à cause d'un vice de la chose qui la rend imprescriptible, fait néanmoins les fruits siens.

2. La portée des brebis est regardée comme un fruit. Ainsi elle appartient au possesseur de bonne foi, quoiqu'elles aient été vendues pleines par celui qui n'en étoit pas maître, et qu'elles aient été volées en cet état. On ne peut pas en douter, puisque le possesseur de bonne foi acquerrait le lait quand on les lui auoient vendues prêtes à traire. Il en est de même de la toison.

49. *Le même au liv. 9 sur Plautius.*

Ce qui est donné à un esclave par celui qui a sur lui un droit d'usufruit continue de rester dans ses biens. Mais si son intention étoit que la chose fût acquise par l'esclave à son maître, elle lui seroit acquise. Lorsque la donation est faite à cet esclave par un étranger, l'effet en est acquis sans distinction au seul maître de la propriété. Il faut dire la même chose d'un homme libre que je posséderois de bonne foi comme esclave: si je lui donne quelque chose, cette chose

De servo fructuario De homine libero qui bona fide servit.

reste à moi. C'est ce qui fait dire à Pomponius que dans le cas où je lui aurois fait donation de ses travaux, cependant ce qu'il acquerrait par ses travaux m'appartiendrait.

50. *Pomponius au liv. 6 sur Plautius.*

Quoique tout ce qu'on construit dans la mer ou sur le rivage appartenne à celui qui le construit, il faut cependant obtenir préalablement la permission du préteur. On peut même empêcher à main armée celui qui voudrait construire d'une manière nuisible aux constructions déjà faites. Car il est hors de doute, que celui qui veut construire ainsi n'a aucune action civile pour appuyer son droit.

51. *Celse au liv. 2 du Digeste.*

Un transfuge appartient à celui qui le prend par le droit de la guerre.

1. Il en est de même des effets appartenans aux ennemis et qui se trouvent dans notre patrie, ces effets n'appartiennent point au public; ils ne sont à personne et appartiennent au premier occupant.

52. *Modestin au liv. 7 des Règles.*

Une chose est censée être dans nos biens toutes les fois qu'en étant en possession, nous avons l'exception pour nous y maintenir, ou que l'ayant perdue nous avons action pour la recouvrer.

53. *Le même au liv. 4 sur Quintus-Mucius.*

Nous pouvons acquérir par ceux qui sont sous notre puissance tout ce qu'on acquiert par les moyens du droit civil, par exemple une stipulation. A l'égard des choses qu'on acquiert naturellement, comme la possession, elles peuvent nous être acquises par toutes sortes de personnes avec l'intention de notre part de posséder.

54. *Le même au liv. 31 sur Quintus-Mucius.*

Une personne libre ne peut point nous acquérir par son ministère une succession. Celui que nous possédons de bonne foi comme esclave acquiert pour lui la succession qui lui est déléguée, supposez qu'il l'accepte de lui-même, et en vertu de la connoissance qu'il a de son véritable état. Car s'il accepte la succession par l'ordre de celui qui le possède, il ne l'acquiert ni pour lui ni pour le possesseur, s'il n'a point eu intention de l'acquérir pour lui-même. S'il a eu cette intention il l'acquiert pour lui.

50. *Pomponius lib. 6 ex Plautio.*

Quamvis quod in littore publico, vel in mari extruxerimus, nostrum fiat: tamen decretum prætoris adhibendum est, ut id facere liceat. Imò etiam manu prohibendus est, si cum incommodo cæterorum id faciet. Nam civilem eum actionem de faciendo nullam habere, non dubito.

De extractione in littore publico vel in mari.

51. *Celsus lib. 2 Digestorum.*

Transfugam jure belli recipimus.

De transfuga.

§. 1. Et quæ res hostiles apud nos sunt: non publicæ, sed occupantium sunt.

De rebus hostilibus.

52. *Modestinus lib. 7 Regularum.*

Rem in bonis nostris habere intelligimur, quotiens possidentes, exceptionem: aut amittentes, ad recuperandam eam actionem habemus.

Quid sit habere in bonis.

53. *Idem lib. 14 ad Quintum Mucium.*

Ea quæ civiliter adquiruntur, per eos qui in potestate nostra sunt, adquirimus: veluti stipulationem. Quod naturaliter adquiruntur, sicuti est possessio, per quemlibet volentibus nobis possidere adquirimus.

Per quas personarum nobis adquiruntur.

54. *Idem lib. 31 ad Quintum Mucium.*

Homo liber hereditatem nobis adquirirere non potest. Qui bona fide nobis servit, adquiret, si tamen sponte sua sciens conditionem suam adierit. Nam si jussu nostro adierit, neque sibi, neque nobis adquiret, si non habuerit animum sibi acquirendi. Quòd si eam mentem habuit, sibi adquiret.

§. 1. Item promittendo nobis liber homo qui bona fide nobis servit, ut emendo, vel vendendo, vel locando, vel conducendo, obligari ipso jure poterit.

§. 2. Sed damnum dando, damni injuriæ tenebitur: ut tamen culpam in damno dando exigere debeamus gravio-rem, nec tamen levem, quàm ab extra-  
neo.

§. 3. At si jussu nostro quid in re nostra gerant, vel absentibus nobis quasi procuratores aliquid agant, danda erit in eos actio, non solum si eos emerimus, sed etiam si donati fuerint nobis, aut ex dotis nomine, aut ex legati pertinere ad nos cœperunt, aut ex hereditate idem præstabitur; nec solum si nostros putaverimus, sed et si communes, aut fructuarios: ut tamen quod adquisituri non essent, si revera communes aut usuarii essent, id hodieque non adquirant.

§. 4. Quidquid tamen liber homo vel alienus, quive bona fide nobis servit, non acquirit nobis, id vel sibi liber, vel alienus servus domino suo acquirit: excepto eo, quod vix est ut liber homo possidendo usucapere possit: quia nec possidere intelligitur, qui ipse possideretur. Sed nec per servum alienum quem nos bona fide possidemus, dominus peculiari nomine ignorans usucapere poterit: sicuti nec per fugitivum quidem quem non possidet.

55. *Proculus lib. 2 Epistolarum.*

De apro, qui in laqueum incidit, soluto, vel ablato. De poculo alterius ex nave ejecto.

In laqueum quem venandi causa posueras, aper incidit; cum eo hæreret, exemptum eum abstuli. Num tibi videor tuum aprum abstulisse? Et si tuum putas fuisse, si solutum eum in sylvam dimissem, eo casu tuus esse desisset, an maneret? Et quam actionem mecum haberes, si desisset tuus esse: num in factum dari oporteret, quæro? Respondit: La-

1. Par la même raison un homme libre que nous possédons de bonne foi comme esclave sera obligé de droit s'il s'engage envers nous par achat ou vente, location ou conduction.

2. S'il nous cause du dommage, nous aurons contre lui l'action en réparation, et nous pourrions exiger de lui une réparation plus forte que d'un étranger.

3. Mais si cette même personne gere quelques-unes de nos affaires par notre ordre, ou en notre absence, comme si elle étoit fondée de notre procuration, nous aurons action contre elle à quelque titre que nous la possédions, soit à titre d'achat, de donation, de dot, de legs ou de succession; soit que nous croyons en être propriétaires en entier, ou que nous pensions qu'un autre en a la propriété avec nous, ou qu'un autre a sur elle un droit d'usufruit: de manière toutefois que nous n'acquerrons pas par elle ce qu'elle ne nous acquerrait pas si elle étoit véritablement commune à plusieurs, ou sujette à l'usufruit envers un autre.

4. Tout ce qu'un homme libre, un esclave appartenant à autrui ou une personne libre possédée de bonne foi comme esclave ne peuvent point acquérir pour nous, l'homme libre l'acquiert pour lui, et l'esclave d'autrui pour son maître; excepté que l'homme libre possédé de bonne foi, ne peut guère acquérir par la voie de la prescription: car il est difficile de dire qu'il possède, puisqu'il est possédé lui-même. Le maître dont nous possédons de bonne foi l'esclave comme étant nôtre, ne pourra guère non plus acquérir par prescription ce qui se trouvera dans le pécule de son esclave à son insu: de même qu'il ne pourroit pas acquérir de cette manière par un esclave fugitif, et qui n'est plus en sa possession.

55. *Proculus au liv. 2 des Lettres.*

Un sanglier s'est pris dans un lacs que vous aviez dressé pour la chasse; comme je l'y voyois embarrassé, je l'en ai tiré et l'ai emporté. Pensez-vous que j'aie emporté un sanglier qui vous appartenait? Et si vous croyez qu'il vous appartenait, que seroit-ce si je l'avois mis en liberté? Continuerait-il ou cesseroit-il de vous appartenir? En supposant qu'il ait cessé de vous

appartenir quelle action auriez-vous contre moi ? Faudroit-il recourir à l'action expositive du fait. Réponse. Examinons d'abord s'il ne faut pas distinguer si j'ai placé mon filet dans un lieu public ou privé, et dans le second cas si la terre m'appartenait ou appartenait à autrui ; et dans ce dernier cas, si j'ai placé mon filet avec ou sans la permission du maître du fonds. Il faut encore considérer si le sanglier étoit tellement embarrassé dans le filet qu'il ne pût s'en dépitier, ou s'il auroit pu venir à bout de s'en tirer par ses efforts. Au surplus, je crois en général que si ce sanglier a été sous ma puissance il m'appartenait ; que si vous avez mis en liberté ce sanglier qui m'appartenait, il cessera par votre fait de m'appartenir, et que j'aurai contre vous l'action expositive du fait, ainsi qu'on l'a décidé dans le cas d'un homme qui auroit jeté dans la mer le vase appartenant à une autre personne du vaisseau.

56. *Le même au liv. 8 des Lettres.*

Une île s'est formée dans un fleuve de mon côté, le long du terrain que j'ai auprès de la rive. Cette île n'excédoit pas d'abord la longueur de mon terrain, depuis elle a reçu des augmentations au-dessus et au-dessous de mon bien. Je demande si cet accroissement m'appartient comme étant ajouté à une chose qui m'appartenait déjà, ou si l'on doit se décider comme si l'île s'étoit formée d'abord de toute la longueur qu'elle a aujourd'hui ? Réponse de Proculus : Si le fleuve dans lequel vous dites qu'une île s'est formée, de manière qu'elle n'excédoit pas d'abord la face de votre terrain et qu'elle en étoit plus proche que des terrains de l'autre côté du fleuve, si ce fleuve, dis-je, est dans le cas de l'alluvion, l'île vous appartient toute entière, et ce qui a depuis été ajouté à l'île par alluvion vous appartient aussi, quoique cette augmentation de l'île se trouve le long de la face de vos voisins supérieurs ou inférieurs, ou même qu'elle ait approché l'île des terrains qui sont de l'autre côté du fleuve.

1. J'ai encore une autre question à vous faire : Une île s'est formée proche de ma rive ; ensuite le fleuve a quitté le grand lit dans lequel il couloit, et a commencé à couler entre mon terrain et l'île : ne croyez-

queum videamus, ne intersit in publico an in privato posuerim : et si in privato posui, utrum in meo, an alieno : et si in alieno, utrum permissu ejus cujus fundus erat, an non permissu ejus posuerim. Prætereà, utrum in eo ita hæserit aper, ut expedire se non possit ipse : an diutius luclando expediturus se fuerit. Summam tamen hanc puto esse, ut si in meam potestatem pervenit, meus factus sit. Sin autem aprum meum ferum in suam naturalem laxitatem dimississet, eo facto meus esse desisset, et actionem mihi in factum dari oportere : veluti responsum est, cum quidam poculum alterius ex nave ejecisset.

56. *Idem lib. 8 Epistolarum.*

Insula est enata in flumine contra frontem agri mei. Ita ut nihil excederet longitudo regionem prædii mei : postea aucta est paulatim, et processit contra frontes et superioris vicini et inferioris. Quæro, quod adcrevit, utrum meum sit, quoniam meo adjunctum est : an ejus juris sit, cujus esset, si initio enata ejus longitudinis fuisset ? Proculus respondit : Flumen istud, in quo insulam contra frontem agri tui enatam esse scripsisti, ita ut non excederet longitudinem agri tui : si alluvionis jus habet, et insula initio propior fundo tuo fuit, quam ejus qui trans flumen habeat, tota tua facta est : et quod postea insulæ alluvione accessit, id tuum est, etiamsi ita accessit, ut procederet insula contra frontes vicinorum superioris atque inferioris, vel etiam ut propior esset fundo ejus qui trans flumen habet.

De insula et alveo.

§. 1. Item quæro, si cum propior ripæ meæ enata est insula, et postea totum flumen fluere inter me et insulam cœpit, relicto suo alveo, quo major annis fluerat : numquid dubites, quin etiam insula

mea maneat; et nihilominus ejus soli, quod flumen reliquit, pars fiat mea? Rogo, quid sentias, scribas mihi. Proculus respondit: Si cum propior fundo tuo initio fuisset insula, flumen, relicto alveo majore, qui inter eam insulam fuerat, et eum fundum vicini qui trans flumen erat, fluere cœpit inter eam insulam et fundum tuum, nihilominus insula tua manet: sed alveus qui fuit inter eam insulam et fundum vicini, medius dividi debet, ita ut pars propior insulæ tuæ, tua: pars autem propior agro vicini, ejus esse intelligatur. Intelligo ut et cum ex altera parte insulæ alveus fluminis exaruerit, desisse insulam esse: sed quò facilius res intelligeretur, agrum qui insula fuerat, insulam appellat.

57. *Paulus lib. 6 ad Plautium.*

De servo uxori donato.

Per servum donatum à marito, nec ex re quidem ejus cui donatus est, acquiri quicquam posse, Julianus scribit: hoc enim in eorum persona concessum est, qui bona fide serviunt.

58. *Javolenus lib. 11 ex Cassio.*

De re ex mari extracta.

Quæcunque res ex mari extracta est, non ante ejus incipit esse, qui extrahit, quàm dominus eam pro derelicto habere cœpit.

59. *Callistratus lib. 2 Quæstionum.*

De re mandatu alterius emptæ.

Res ex mandatu meo emptæ, non prius mea fiet, quàm si mihi tradiderit, qui emit.

60. *Scævola lib. 1 Responsorum.*

De horreo mobili posito in alterius prædio.

Titius horreum frumentarium novum ex tabulis ligneis factum, mobile in Seii prædio posuit. Quæritur, uter horrei dominus sit? Respondit, secundum quæ proponerentur, non esse factum Seii.

61. *Hermogenianus lib. 6 juris Epitomarum.*

De hereditate, et servo hereditario.

Hereditas in multis partibus juris pro domino habetur: ideòque hereditati quoque ut domino per servum hereditarium acquiritur,

vous pas que l'île continue de m'appartenir, et que néanmoins j'acquiers partie du lit que le fleuve a quitté? Faites-moi le plaisir de me donner là-dessus votre avis. Réponse de Proculus: Si l'île s'étant formée d'abord plus près de votre rive, le fleuve a quitté le grand lit qu'il avoit entre cette île et les terrains situés de l'autre côté du fleuve pour couler entre l'île et votre terrain, l'île continue de vous appartenir. Mais le lit abandonné qui se trouve entre l'île et le terrain du voisin qui vous étoit opposé de l'autre côté du fleuve, doit être divisé par moitié, de manière que la moitié plus proche de votre île vous appartiendra, et l'autre appartiendra au voisin. J'entends bien que le lit du fleuve qui est après l'île étant desséché, il n'y a plus d'île; mais pour plus grande clarté, on appelle ici l'île le terrain qui formoit l'île avant le dessèchement du lit.

57. *Paul au liv. 6 sur Plautius.*

Si un mari fait donation à sa femme d'un esclave, Julien écrit que personne ne pourra acquérir par son ministère, pas même des deniers de la femme donataire (parce que cette donation est nulle), et qu'il n'est permis d'acquérir que par les esclaves qu'on possède de bonne foi.

58. *Javolenus au liv. 11 sur Cassius.*

Tout ce qui est tiré de la mer ne commence à appartenir à celui qui l'a tiré qu'au moment que le propriétaire le tient pour abandonné.

59. *Callistrate au liv. 2 des Quæstions.*

Une chose achetée en vertu de ma procuration ne commence à m'appartenir que lorsque mon procureur m'en a fait la délivrance.

60. *Scævola au liv. 1 des Réponses.*

Titius a placé un grenier à blé de nouvelle invention, fait avec des planches, et propre à être transporté sur le terrain de Séius. On demande à qui cette machine appartient? Je réponds que, suivant l'exposé, elle n'appartient point à Séius.

61. *Hermogénien au liv. 6 de l'Abrégé du droit.*

Une succession est souvent regardée en droit comme propriétaire: ce qui fait qu'un esclave dépendant d'une succession vacante acquiert

acquiert au profit de cette succession comme au profit de son maître. Dans les choses qui exigent un fait personnel ou un travail de l'acquéreur, un pareil esclave ne pourroit acquérir au profit de la succession vacante. Ainsi, quoique l'esclave dépendant d'une succession vacante puisse être institué héritier, cependant, comme il a besoin de l'ordre de son maître pour accepter, il faut attendre qu'il y ait un héritier.

1. Un usufruit ne pouvant être constitué qu'au profit d'une personne, ne peut pas être acquis par un esclave à une succession vacante.

62. *Paul au liv. 2 des Manuels.*

Il y a des choses qui ne peuvent point être aliénées par elles-mêmes, et qui cependant passent à un successeur à titre universel: comme un fonds dotal passe à l'héritier, et une chose dont personne ne fait commerce: car elle ne peut pas lui être acquise à titre de legs, mais elle peut lui être acquise à titre d'institution d'héritier.

63. *Tryphoninus au liv. 7 des Disputes.*

Si celui qui est sous la puissance d'autrui trouve un trésor, il faut décider que s'il le trouve dans un terrain appartenant à un autre qu'à son père ou à son maître, il ne lui en acquiert que la moitié; s'il le trouve dans le terrain du père ou du maître, il le lui acquiert en entier; (s'il le trouve dans le terrain d'autrui, il ne lui en acquiert que la moitié.)

1. Si on suppose qu'un esclave appartenant à deux maîtres trouve un trésor dans un terrain qui ne leur appartient pas, acquerra-t-il la moitié de ce trésor à ses deux maîtres à proportion de la propriété de chacun, ou dans tous les cas par égales portions? C'est ici la même chose que dans une succession, un legs, une donation qui seroit laissé à un esclave; parce qu'un trésor est regardé comme un bonne fortune: en sorte que la portion qui revient à celui qui le trouve appartient aux copropriétaires à proportion de la propriété que chacun a sur l'esclave.

2. Si cet esclave commun a trouvé le trésor dans un fonds appartenant à l'un de ses maîtres, il n'y a pas de difficulté, pour la moitié qui appartient toujours au maître

*Tome VI.*

adquiritur. In his sanè in quibus factum personæ operæve substantia desideratur, nihil hereditati quæri per servum potest: ac propterea, quamvis servus hereditarius heres institui possit, tamen, quia adire jubentis domini persona desideratur, heres expectandus est.

§. 1. Ususfructus, qui sine persona constitui non potest, hereditati per servum non adquiritur.

62. *Paulus lib. 2 Manualium.*

Quædam quæ non possunt sola alienari, per universitatem transeunt: ut fundus dotalis ad heredem, et res cujus aliquis commercium non habet. Nam etsi legari ei non possit, tamen heres institutus ejus efficiatur.

De his quæ non sola, sed per universitatem acquiruntur.

63. *Tryphoninus lib. 7 Disputationum.*

Si is qui in aliena potestate est, thesaurum invenerit: in persona ejus cui acquirit, hoc erit dicendum, ut si in alieno agro invenerit, partem ei adquirat: si verò in parentis dominiæ loco invenerit, illius totus sit; (si autem in alieno, pars.)

De thesauro.

§. 1. Si communis servus in alieno invenit, utrum pro domini partibus, an semper æquis adquiret? Et simile est, atque in hereditate, vel legato, vel quod ab aliis donatum servo traditur: quia et thesaurus donum fortunæ creditur: scilicet ut pars quæ inventori cedit, ad socios pro qua parte servi quisque dominus est, pertineat.

§. 2. Si communis servus in domini unius fundo proprio invenit, de parte quæ soli domino semper cedit, non est dubium, quin solius domini prædii sit.

Verum an aliquid ex parte ferat alter socius, videndum est : et numquid simile sit atque cum stipulatur servus jussu unius domini, aut per traditionem aliquid accipit, vel nominatim alteri? Quod magis dici poterit.

§. 3. Quod si servus in quo ususfructus alienus est, invenerit in ejus loco qui servum proprium habet, an totum illius sit? Et si in alieno, an partem eidem adquirat, an verò fructuario? Inspectio in illo est, num ex operis servi adquiratur. Finge terram fodientem invenisse, ut hoc dicatur fructuarii esse. Quod verò subito in abdito loco positum, nihil agens, sed aliter ambulans invenit : proprietatis domini sit. Ego nec illius ad fructuarium pertinere partem arbitror : nemo enim servorum opera thesaurum quærit : nec ea propter tunc terram fodiebat, sed alii rei operam insumebat, et fortuna alii dedit. Itaque si in ipsius fructuarii agro invenerit, puto partem solam, ut agri dominum, habiturum : alteram ad eum cujus in servo proprietatis est pertinere.

§. 4. Quod si creditor invenerit, in alieno videbitur invenisse. Partem itaque sibi, partem debitori præstabit : nec recepta pecunia restituet, quod jure inventoris, non creditoris ex thesauro apud eum permansit. Quæ cum ita sint, et cum ex principis auctoritate creditor ut proprium agrum tenere cepit jure domini : intra constitutum luendi tempus pignoris causa vertitur. Post transcriptum autem tempus, thesaurum in eo inventum ante solutam pecuniam totum tenebit. Oblato verò intra constitutum tempus debito, quoniam universa præstantur, atque in simplici petitore revocantur, restitui debet, sed pro parte sola ; quia dimidium inventori semper placet relinquere.

du fonds, qu'elle ne doive dans ce cas-ci être acquise à lui seul. Mais l'autre maître peut-il demander quelque chose dans l'autre moitié? Ne peut-on pas dire que c'est le même cas que si l'esclave stipuloit par l'ordre exprès d'un de ses maîtres, ou qu'il ait reçu nommément une chose pour lui? C'est ce qui paroît le plus probable.

3. Un esclave sur lequel quelqu'un a un droit d'usufruit trouve un trésor dans le fonds de son maître, le lui acquiert-il tout entier? Et s'il l'avoit trouvé dans un fonds appartenant à autrui acquerrait-il la moitié à son maître ou à l'usufruitier? Cela dépend de savoir si l'usufruitier peut acquérir par le travail de l'esclave. Supposez que l'esclave ait trouvé ce trésor en fouillant la terre, on pourroit dire que la moitié appartient à l'usufruitier. Si au contraire il le trouvoit par hasard dans un endroit caché sans travailler, mais en se promenant, il appartiendrait au propriétaire. Pour moi je ne pense pas que, même dans le premier cas, la moitié du trésor doive appartenir à l'usufruitier ; parce que personne n'emploie le travail d'un esclave à chercher un trésor. Ce n'étoit pas dans cette intention que l'esclave fouilloit alors la terre, il avoit un autre dessein, et la fortune lui a fait trouver autre chose que ce qu'il cherchoit. Ainsi, si l'esclave avoit trouvé ce trésor dans le terrain même de l'usufruitier, je pense que l'usufruitier n'auroit que la moitié qui appartient au propriétaire du terrain, et que l'autre moitié seroit acquise au maître de l'esclave.

4. Si un créancier à qui le débiteur a donné un fonds en gage trouve un trésor dans ce fonds, c'est comme s'il le trouvoit dans le fonds appartenant à autrui. Ainsi il en aura la moitié pour lui, et donnera l'autre moitié au débiteur. Et quand le débiteur le paiera, il ne sera point obligé de lui rendre cette moitié qu'il a gardée à titre d'inventeur et non à titre de créancier. Cela étant ainsi, supposons que le créancier ait obtenu du prince le droit de s'approprier le gage : dans le temps qui reste au débiteur après la date des lettres du prince pour payer sa dette, le gage est toujours censé subsister. Mais ce temps étant passé, s'il trouve un trésor dans le fonds avant que le débiteur l'ait payé, il lui appartiendra en entier.

Néanmoins si le débiteur offre de payer dans le temps fixé par les ordonnances après les lettres dont il s'agit, le créancier sera obligé à restitution, parce qu'il est obligé de lui rendre tout ce qui compose le fonds comme un possesseur doit rendre à un propriétaire. Mais il ne sera obligé à restitution que pour la moitié, car il y a toujours une moitié qui appartient à celui qui trouve.

64. *Quintus-Mucius Scævola au liv. unique des Définitions.*

Lorsqu'un citoyen porte dans son état pour le cens un bien appartenant à autrui, il n'en acquiert pas pour cela la propriété.

65. *Labéon au liv. 6 des Conjectures abrégées par Paul.*

Si je vous envoie une lettre, vous n'en devenez propriétaire que lorsqu'elle vous est remise. Paul : Je pense le contraire. Car si vous m'envoyez votre secrétaire, et que je vous envoie une lettre en réponse, elle vous appartient du moment que je l'ai remise à votre secrétaire. Il en est de même des lettres que je vous envoie exprès pour vous faire plaisir : par exemple si vous m'avez prié de vous recommander à quelqu'un, et que je vous envoie une lettre de recommandation.

1. S'il y a dans un fleuve une île qui vous appartienne, rien de cette île n'est public. Paul : Je pense le contraire. Car dans ces sortes d'îles la rive qui est le long du fleuve ou le rivage de la mer est public, de même que dans un fonds qui seroit sur le bord du fleuve ou de la mer.

2. Si une île vient à se former dans un fleuve proche de votre fonds, l'île vous est acquise. Paul : Ne pourroit-on pas dire que cette règle seroit fautive si on vouloit l'entendre d'une île qui ne seroit point contiguë au lit du fleuve, mais qui se trouveroit comme suspendue au-dessus du lit, et soutenue par des branchages ou autre matière légère sans toucher le fonds, de manière qu'elle puisse changer de place? Une île de cette sorte est en quelque façon publique, et elle est pour ainsi dire un accessoire du lit du fleuve.

3. Paul : Si vous avez acquis la propriété d'une île qui s'est formée dans un fleuve, et qu'ensuite une nouvelle île se forme entre la vôtre et la rive opposée, on prendra

64. *Quintus Mucius Scævola lib. singulari*  
*Ōρεν.*

Quæ quisque aliena in censum deducit, De deductione  
in censum.  
nihil magis ejus fiunt.

65. *Labeo lib. 6 Pithanon à Paulo*  
*epitomatorum.*

Si epistolam tibi misero, non erit ea tua antequam tibi reddita fuerit. Paulus : Imò contrà. Nam si miseris ad me tabellarium tuum, et ego rescribendi causa litteras tibi misero : simul atque tabellario tuo tradidero, tuæ fient. Idem accidet in his litteris quas tuæ duntaxat rei gratia misero : veluti si petieris à me, uti te aliqui commendarem, et eas commendatitias tibi misero litteras.

De epistola.

§. 1. Si qua insula in flumine propria tua est, nihil in ea publici est. Paulus : Imò in eo genere insularum ripæ flumini, et littora mari proxima publica sunt, non secus atque in continenti agro idem juris est.

De insula.

§. 2. Si qua insula in flumine publico, proxima tuo fundo nata est : ea tua est. Paulus : Videamus, ne hoc falsum sit de ea insula, quæ non ipsi alveo fluminis co-hæret, sed virgultis aut alia qualibet levi materia ita sustinetur in flumine, ut soluta ejus non tangat, atque ipsa movetur. Hæc enim propemodùm publica, atque ipsius fluminis est insula.

§. 3. Paulus : Si insula in flumine nata tua fuerit, deinde inter eam insulam, et contrariam ripam alia insula nata fuerit : mensura eo nomine erit instruenda à tua

insula, non ab agro tuo, propter quæm ea insula tua facta fuerit. Nam quid interest, qualis ager sit, cujus propter propinquitatem posterior insula, cujus sit, quærat-ur?

§. 4. Labeo libro eodem : Si id quod in publico innatum aut ædificatum est, publicum est : insula quoque, quæ in flumine publico nata est, publica esse debet.

66. *Venuleius lib. 6 Interdictorum.*

Departu ancilla.

Cùm prægnans mulier legata, aut usucapta, aliove quo modo alienata pariat : ejus fiens partus, cujus est ea quæ emertur : non cujus tunc fuisset, cùm conciperet.

## TITULUS II.

### DE ADQUIRENDA,

VEL AMITTENDA POSSESSIONE.

1. *Paulus lib. 54 ad Edictum.*

Etymologia.

**P**OSSESSIO appellata est, ut et Labeo ait, à sedibus, quasi positio : quia naturaliter tenetur ab eo qui ei insistit : quam Græci κατοχήν dicunt.

Effectus.

§. 1. Dominiumque rerum ex naturali possessione cœpisse Nerva filius ait : ejusque rei vestigium remanere de his quæ terra, mari, cœloque capiuntur. Nam hæc protinus eorum fiunt, qui primi possessionem eorum apprehenderint. Item bello capta, et insula in mari enata, et gemmæ, lapilli, margaritæ in littoribus inventæ, ejus fiunt, qui primus eorum possessionem nactus est.

§. 2. Apiscimur autem possessionem per nosmetipsos.

§. 3. Furiosus et pupillus sine tutoris auctoritate non potest incipere possidere : quia affectionem tenendi non habent, licet maxime corpore suo rem contingant : sicuti si quis dormienti aliquid in manu ponat. Sed pupillus tutore auctore incipiet possidere. Ofilius quidem et Nerva filius, etiam sine tutoris auctoritate possidere in-

la mesure de la longueur sur votre île, et non sur votre fonds qui vous a fait gagner la première île. En effet qu'importe la qualité du fonds à raison duquel on prétend acquérir une île qui se forme auprès?

4. Labéon, au même livre : Si ce qui se forme ou est bâti dans un endroit public est public, l'île qui se forme dans un fleuve est aussi publique.

66. *Vénuléius au liv. 6 des Interdits.*

Si on a acquis la propriété d'une femme enceinte par legs, prescription ou autrement, l'enfant appartient à celui qui l'a achetée, et non à celui qui en étoit le maître dans le temps où elle a conçu.

## TITRE II.

### DES MANIÈRES D'ACQUÉRIR

OU DE PERDRE LA POSSESSION.

1. *Paul au liv. 54 sur l'Edit.*

**L**A possession est ainsi appelée, comme le remarque aussi Labéon, du mot *sedes*, comme qui dirait *position* ; parce qu'elle est tenue naturellement par celui qui est pour ainsi dire placé ; les Grecs l'appellent *catochen*.

1. Nerva le fils dit que le droit de propriété a commencé par la possession naturelle. Il en reste encore des traces dans la manière d'acquérir les choses qu'on prend sur terre, sur mer et dans les airs. Car ces choses appartiennent à l'instant à ceux qui en ont appréhendé la possession. De même les prises faites dans la guerre, l'île qui se forme dans la mer, les pierres précieuses qui se trouvent sur ses rivages appartiennent à ceux qui en ont les premiers la possession.

2. Or nous acquérons la possession par nous-mêmes.

3. Un furieux et un pupille ne peuvent commencer à posséder que par l'autorité de leur tuteur (ou curateur) ; parce que, quoiqu'ils puissent toucher les choses de leurs mains, ils n'ont point l'intention d'en être possesseurs. On peut les comparer à un homme endormi à qui on mettroit quelque chose dans la main. Mais le pupille peut

Per quas personas acquiritur.  
De acquisitione per nosmetipsos.  
De pupillo et furioso.

commencer à posséder avec l'autorité de son tuteur. Ofilius et Nerva le fils pensent même qu'il n'a pas besoin de cette autorisation pour commencer à posséder ; parce que la possession est de fait et non pas de droit. Ce sentiment peut être admis , pourvu qu'on suppose le pupille d'un âge à avoir quelque intelligence.

4. Si un mari voulant avantager sa femme lui fait remise de la possession , plusieurs pensent qu'elle possède véritablement ; parce que la possession étant une chose de fait , elle ne peut pas être annullée par les lois civiles. Et à quoi serviroit en effet de dire que la femme ne possède pas , puisque le mari a perdu la possession dès qu'il n'a pas voulu la garder ?

5. Nous acquérons aussi la possession par l'esclave ou le fils que nous avons sous notre puissance ; et même à l'égard des choses qui composent leurs pécules , ils nous en acquièrent la possession à notre insu , comme l'ont décidé Sabin , Cassius et Julien ; parce qu'ils sont censés posséder de notre consentement , par cela même que nous leur avons permis d'avoir un pécule. Ainsi , par rapport aux choses qui composent un pécule , un pupille , même un enfant en bas âge acquièrent la possession et peuvent prescrire. Il en seroit de même d'un héritier appelé à une succession , pendant la vacance de laquelle un esclave qui en dépend auroit acheté quelque chose.

6. Nous pouvons encore acquérir la possession par un homme que nous possédons de bonne foi comme notre esclave , soit qu'il appartienne à autrui , soit qu'il soit libre. À l'égard de celui que nous posséderions de mauvaise foi , je ne crois pas que nous puissions acquérir par lui la possession. Celui qui est en la possession d'autrui ne peut acquérir la possession ni à son profit ni à celui de son véritable maître.

7. Nous acquérons encore la possession par un esclave qui nous est commun avec un autre , nous pouvons même l'acquérir par lui chacun en entier , si l'intention de l'esclave est de ne l'acquérir qu'au profit de l'un de ses maîtres , comme nous l'avons vu pour l'acquisition de la propriété.

8. Nous pouvons acquérir la possession par un esclave sur lequel nous n'avons qu'un

cipere posse pupillum aiunt : eam enim rem facti , non juris esse. Quæ sententia recipi potest , si ejus ætatis sint ut intellectum capiant.

§. 4. Si vir uxori cedat possessione donationis causa , plerique putant possidere eam : quoniam res facti infirmari jure civili non potest. Et quid attinet dicere , non possidere mulierem , cum maritus , ubi noluit possidere , protinus amisit possessionem ?

De donatione inter virum et uxorem.

§. 5. Item adquirimus possessionem per servum aut filium qui in potestate est : et quidem earum rerum quas peculiariter tenent , etiam ignorantes , sicut Sabino et Cassio et Juliano placuit : quia nostra voluntate intelligantur possidere , qui eis peculium habere permiserimus. Igitur ex causa peculiari et infans et furiosus adquirent possessionem , et usucapiunt : et heres , si hereditarius servus emat.

De acquisitione per alium de his que sunt in nostra potestate.

§. 6. Sed et per eum quem bona fide possidemus , quamvis alienus sit , vel liber , possessionem acquiremus. Quòd si mala fide eum possideamus , non puto adquiri nobis possessionem per eum. Sed nec vero domino , aut sibi adquiret , qui ab alio possidetur.

De bona vel mala fide possessionis.

§. 7. Per communem , sicut per proprium , adquirimus etiam singuli insolidum , si hoc agat servus , ut uni adquirat : sicut in dominio acquirendo.

De servo communi.

§. 8. Per eum in quo usufructum habemus , possidere possumus : sicut ex ope-

De servo fructuario.

ris suis adquirere nobis solet. Nec ad rem pertinet, quod ipsum non possidemus : nam nec filium.

**De intellectu possidendi.** §. 9. Cæterum et ille per quem volumus possidere, talis esse debet, ut habeat intellectum possidendi.

**De furioso.** §. 10. Et ideò si furiosum servum miseris ut possideas, nequaquam videris adprehendisse possessionem.

**De impubere.** §. 11. Quod si impuberem miseris ad possidendum, incipies possidere : sicut pupillus, maximè tutore auctore, acquirit possessionem.

**De ancilla.** §. 12. Nam per ancillam, quin possis nancisci possessionem, non dubitatur.

**De servo pupilli.** §. 13. Pupillus per servum sive puberem, sive impuberem acquirit possessionem, si tutore auctore jusserit eum ire in possessionem.

**De servo, qui in fuga, vel provincia est.** §. 14. Per servum, qui in fuga sit, nihil posse nos possidere Nerva filius ait : licet respondeatur quandiu ab alio non possideatur, à nobis eum possideri, ideò que interim etiam usucapi. Sed utilitatis causa receptum est, ut impleatur usucapio, quandiu nemo nactus sit ejus possessionem. Possessionem autem per eum acquiri, sicut et per eos quos in provincia habemus, Cassii et Juliani sententia est.

**De servo pignorate.** §. 15. Per servum corporaliter pignori datum, non adquirere nos possessionem Julianus ait : ad unam enim tantum causam videri eum à debitore possideri, ad usucapionem. Nec creditori, quia nec stipulatione, nec ullo alio modo per eum acquirit, quamvis eum possideat.

**De servo herede.** §. 16. Veteres putaverunt, non posse

droit d'usufruit, de même que nous acquérons le fruit de ses travaux. On ne peut point opposer qu'il n'est pas lui-même en notre possession : car on pourroit dire la même chose du fils de famille.

9. Au surplus, celui par le ministère duquel nous voulons acquérir la possession, doit être tel qu'il ait lui-même l'intention de posséder avec connoissance.

10. Il s'ensuit delà que si vous envoyez un esclave furieux pour se mettre en possession, vous n'acquérez point par lui la possession.

11. Si vous envoyez un impubère pour se mettre en possession, vous pourrez commencer à posséder par lui : de même qu'un pupille peut acquérir la possession sur-tout avec l'autorisation de son tuteur.

12. Car il n'est point douteux que vous pouvez acquérir la possession par le ministère d'une femme qui est votre esclave.

13. Un pupille acquiert la possession par le ministère de son esclave pubère ou impubère, pourvu qu'il l'envoie prendre possession avec l'autorisation de son tuteur.

14. Nerva le fils pense que nous ne pouvons point acquérir la possession par notre esclave qui est en fuite : quoiqu'on soit d'avis que nous continuons de le posséder tant qu'il n'est pas en la possession d'un autre : ce qui fait qu'on pourroit même dans ce cas en acquérir la propriété par la prescription. Mais c'est par une raison particulière d'utilité publique qu'on a admis que la prescription pût être remplie en ce cas, tant qu'il ne seroit pas possédé par un autre. Au surplus, c'est l'avis de Cassius et de Julien, qu'on peut acquérir la possession par le fait de cet esclave, aussi bien que par le fait de ceux qu'on a en province.

15. Julien pense qu'on ne peut point acquérir la possession par le fait d'un esclave qu'on a donné réellement en gage : car le débiteur ne le possède qu'à un seul égard, c'est pour en acquérir la propriété par la prescription. Cet esclave n'acquerra pourtant pas la possession au créancier ; parce que, quoique le créancier en soit en possession, il ne peut cependant rien acquérir par lui, ni par sa stipulation, ni autrement.

16. Les anciens ont pensé qu'on ne pou-

voit point acquérir par l'esclave faisant partie d'une succession vacante, aucune chose qui dépendit de cette succession. On demande si cette règle ne doit pas être étendue plus loin : par exemple si plusieurs esclaves ont été légués peut-on les posséder tous par le fait d'un seul ? Il en est de même si plusieurs esclaves ont été achetés ou donnés ensemble. Il est plus vrai de dire que, dans ces derniers cas, on peut acquérir par le fait d'un seul des esclaves la possession des autres.

17. Si un esclave a été légué à un héritier institué pour une portion, il lui pourra acquérir la possession du fonds héréditaire, à cause de la portion qu'il a sur cet esclave à titre de legs.

18. Il faut dire la même chose d'un esclave commun à qui je donne ordre d'accepter une succession, j'acquiers par lui la possession à cause de la portion de propriété que j'ai sur lui.

19. Ce que nous venons de dire des esclaves a lieu autant que ces esclaves auront eux-mêmes intention de nous acquérir la possession ; car si vous ordonnez à votre esclave de se mettre en possession, et que cet esclave entre en possession avec l'intention d'acquérir non pour vous, mais pour Titius, la possession ne vous est point acquise.

20. La possession peut nous être acquise par nos procureur, tuteur, curateur. Mais lorsqu'ils entrent en possession en leur nom, et non dans l'intention de nous rendre leurs services, ils n'acquièrent point pour nous. Si on vouloit soutenir que ceux qui prennent possession en notre nom ne nous l'acquièrent pas, il arriveroit que la chose livrée ne seroit en la possession de personne, ni de celui à qui elle auroit été livrée, puisqu'il n'a point eu intention de posséder, ni de celui qui auroit fait la délivrance, puisqu'il a abandonné sa possession.

21. Priscus est d'avis que si j'ordonne au vendeur de livrer à mon procureur la chose que je lui ai achetée, et qui étoit sous nos yeux, la délivrance est censée faite à moi-même. Il ajoute qu'il en est de même si j'ordonne à mon débiteur de payer à un autre la somme qu'il me doit. Car, dit-il, il n'est pas nécessaire de prendre possession en tou-

*nos per servum hereditarium acquirere, quod sit ejusdem hereditatis.* Itaque agitur, num hæc regula longius producenda sit, ut si plures servi legati sint, per unum an possint cæteri possideri? Idem tractatus est, si pariter empti, vel donati sunt? Sed verius est, ex his causis posse me per unum aliquorum acquirere possessionem.

ditario, vel empto, vel donato.

§. 17. Si ex parte heredi instituto servus legatus sit : propter partem quam ex causa legati habet, acquirat fundi hereditarii possessionem.

De servo prælegato.

§. 18. Idem dicendum est, si servum communem jussero adire hereditatem : quia propter partem meam adquire.

De servo communi.

§. 19. Hæc quæ de servis diximus, ita se habent, si et ipsi velint nobis acquirere possessionem. Nam si jubeas servum tuum possidere, et is eo animo intret in possessionem, ut nolit tibi, sed potius Titio acquirere : non est tibi acquisita possessio.

De animo servi.

§. 20. Per procuratorem, tutorem, curatoremve possessio nobis acquiritur. Cum autem suo nomine nacti fuerint possessionem, non cum ea mente, ut operam duntaxat suam accommodarent, nobis non possunt acquirere. Alioquin, si dicamus, per eos non acquiri nobis possessionem, qui nostro nomine accipiunt : futurum, ut neque is possideat, cui res tradita sit, quia non habeat animum possidentis : neque is qui tradiderit, quoniam cesserit possessionem.

De procuratore, tutore, curatore.

§. 21. Si jusserim venditorem procuratori rem tradere, cum ea in præsentia sit, videri mihi traditam Priscus ait. Idemque esse, si nummos debitorem jusserim alii dare. Non est enim corpore et actu necesse apprehendere possessionem, sed etiam oculis et affectu. Et argumento esse eas res quæ propter magnitudinem

De procuratore. De re præsentia.

ponderis moveri non possunt, ut columnas : nam pro traditis eas haberi, si in re præsentî consenserint : et vina tradita videri, cum claves cellæ vinariæ emptori traditæ fuerint.

chant actuellement la chose, il suffit de s'en saisir des yeux et de l'intention. On en voit une preuve, dit ce jurisconsulte, dans les choses qui, à cause de leur grandeur et de leur poids, ne peuvent pas être facilement transportées, comme des colonnes : car il est certain qu'on les regarde comme livrées dès que les parties ont consenti sur le lieu ; et le vin est censé livré quand on a donné les clefs du cellier à l'acheteur.

**Demunicipibus.** §. 22. Municipales per se nihil possidere possunt : quia uni consentire non possunt. Forum autem et basilicam, hisque similia non possident, sed promiscuè his utuntur. Sed Nerva filius ait, per servum, quæ peculiariter adquisierint, et possidere et usucapere posse ; sed quidam contra putant : quoniam ipsos servos non possideant.

22. Les corps de ville ne peuvent rien posséder par eux-mêmes, parce qu'on ne peut pas avoir le consentement de tous les bourgeois. Ils ne possèdent pas proprement les places publiques et les temples, mais ils s'en servent tous. Cependant Nerva le fils est d'avis qu'ils peuvent posséder et acquérir par la prescription ce que leur esclave tient dans son pécule ; d'autres pensent le contraire, par la raison qu'ils ne possèdent pas même cet esclave.

2. *Ulpianus lib. 70 ad Edictum.*

Sed hoc jure utimur, ut et possidere, et usucapere municipales possint : idque eis et per servum, et per liberam personam acquiratur.

2. *Ulpien au liv. 70 sur l'Edit.*

Mais il est reçu dans l'usage que les corps de ville peuvent posséder et acquérir par la prescription, et par le ministère d'un esclave ou d'une personne libre.

3. *Paulus lib. 70 ad Edictum.*

**De rebus corporalibus.** Possideri autem possunt, quæ sunt corporalia.

**De animo et corpore.**

§. 1. Et apiscimur possessionem corpore et animo : neque per se animo, aut per se corpore. Quod autem diximus, *et corpore et animo acquirere nos debere possessionem*, non utique ita accipiendum est, ut qui fundum possidere velit, omnes glebas circumambulet : sed sufficit quamlibet partem ejus fundi introire, dum mente et cogitatione hac sit, uti totum fundum usque ad terminum velit possidere.

**De parte incerta.**

§. 2. Incertam partem rei possidere nemo potest : veluti si hac mente sis, ut quidquid Titius possidet, tu quoque velis possidere.

**Quomodo acquiratur possessio.**

§. 3. Neratius et Proculus, et solo animo non posse nos acquirere possessionem, si non antecedit naturalis possessio. Ideoque si thesaurum in fundo meo positum sciam, continuè me possidere, simul atque possidendi affectum habuero : quia, quod desit naturali possessioni, id animus implet.

3. *Paul au liv. 70 sur l'Edit.*

On ne peut posséder que les choses corporelles.

1. On acquiert la possession par les sens et l'intention, et non par chacun des deux séparément. Quand nous disons qu'on acquiert la possession par les sens et l'intention, il ne faut pas croire cependant que celui qui veut prendre possession d'un fonds doive passer sur toutes les plus petites portions, il suffit qu'il entre dans chaque partie de la terre, pourvu qu'il soit dans l'intention de la posséder toute entière et jusqu'à ses bornes.

2. On ne peut point entrer en possession de la portion d'un fonds qui est inconnue : par exemple, si quelqu'un disoit, je veux posséder tout ce que possédoit Titius.

3. Nératius et Proculus sont d'avis qu'on ne peut point acquérir la possession par la seule intention, qui ne seroit pas précédée d'une appréhension naturelle. D'où il s'ensuit que si j'ai connoissance qu'il y a un trésor dans mon fonds, j'en suis dès l'instant même en possession ; parce que l'intention supplée au défaut

défaut de la possession naturelle. Au reste il ne faut pas ajouter foi à Brutus et à Manilius, qui pensent que celui qui a acquis un fonds par la longue prescription, a aussi acquis au même titre le trésor qui étoit dedans, quoiqu'il ait ignoré qu'il y fût. Car celui qui ignore qu'il y a un trésor ne le possède pas, quoiqu'il possède le fonds; et même s'il le savoit, il ne l'acqueroit pas par la longue possession, parce qu'il sauroit en même temps qu'il est à autrui. Il y en a qui adoptent le sentiment de Sabin, qui pense que celui même qui sait qu'il y a un trésor dans son fonds ne le possède pas, à moins qu'il ne l'ait changé de place; parce que nous ne pouvons acquérir la possession d'une chose qui n'est pas sous notre garde. Je suis de cet avis.

4. On peut posséder la même chose à plusieurs titres. Quelques-uns pensent que celui qui a acquis une chose par prescription la possède et comme acheteur et comme propriétaire. Par la même raison, si je succède à un homme qui possédoit une chose à titre d'achat, je la possède et comme acheteur et comme héritier; car il n'en est pas de la possession comme de la propriété, qu'on ne peut avoir qu'à un seul titre.

5. Mais plusieurs personnes ne peuvent point avoir solidairement la possession de la même chose. Il est en effet contre la nature que quand je tiens une chose dans mes mains, on puisse croire qu'elle soit aussi dans les vôtres. Cependant Sabin a décidé que dans le cas où une chose a été donnée à titre de précaire, il y a deux possesseurs, et celui qui l'a donnée et celui qui l'a reçue. Trébatius étoit aussi dans le même sentiment, lorsqu'il disoit que deux personnes pouvoient posséder la même chose l'une justement, l'autre injustement, mais qu'elle ne pouvoit pas être possédée par toutes deux justement ou par toutes deux injustement. Ce sentiment est improuvé par Labéon. En effet, quand il s'agit de la possession en général, on n'examine pas si elle est juste ou injuste. Ce qui est vrai: car il n'est pas plus possible que la possession soit à deux personnes, que de voir deux personnes de bout et assises précisément dans le même lieu.

6. En ce qui regarde la perte de la possession, il faut aussi considérer l'intention du pos-

implet. Cæterum quod Brutus et Manilius putant, eum qui fundum longa possessione cepit, etiam thesaurum cepisse, quamvis nesciat in fundo esse, non est verum. Is enim qui nescit, non possidet thesaurum, quamvis fundum possideat: sed et si sciat, non capiet longa possessione; quia scit alienum esse. Quidam putant Sabin sententiam veriolem esse: nec aliàs eum qui scit, possidere, nisi si loco motus sit: quia non sit sub custodia nostra. Quibus consentio.

§. 4. Ex plurimis causis possidere eandem rem possumus, ut quidam putant, et eum qui usuceperit, et pro emptore, et pro suo possidere. Sic enim et si ei qui pro emptore possidebat, heres sim, eandem rem, et pro emptore, et pro herede possideo: nec enim, sicut dominium non potest nisi ex una causa contingere, ita et possidere ex una duntaxat causa possumus.

§. 5. Ex contrario plures eandem rem insolidum possidere non possunt. Contra naturam quippe est, ut cum ego aliquid teneam, tu quoque id tenere videaris. Sabinus tamen scribit, eum qui precariò dederit, et ipsum possidere, et eum qui precariò acceperit. Idem Trebatius probabat existimans, posse alium justè, alium injustè possidere: duos injustè, vel duos justè non posse. Quem Labeo reprehendit: quoniam in summa possessionis non multum interest, justè quis an injustè possideat. Quod est verius: non magis enim eadem possessio apud duos esse potest, quàm ut tu stare videaris in eo loco in quo ego sto: vel in quo ego sedeo, tu sedere videaris.

De pluribus  
causis possidendi  
vel dominium  
habendi.

De pluribus  
possessoribus.

§. 6. In amittenda quoque possessione affectio ejus qui possidet, intuenda est.

De anime et  
corpore.

Itaque si in fundo sis, et tamen nolis eum possidere : protinus amittes possessionem. Igitur amitit et animo solo potest, quamvis adquiri non potest.

§. 7. Sed et si animo solo possideas, licet alius in fundo sit, adhuc tamen possides.

§. 8. Si quis nuntiet domum à latronibus occupatam, et dominus timore conterritus, noluerit accedere : amisisse eum possessionem placet. Quòd si servus vel colonus, per quos corpore possidebam, decesserint, discesserintve, animo retinebo possessionem.

§. 9. Et si alii tradiderim, amitto possessionem. Nam constat possidere nos, donec aut nostra voluntate dicesserimus, aut vi dejecti fuerimus.

§. 10. Si servus quem possidebam, pro libero se gerat, ut fecit Spartacus, et iudicium liberale pati paratus sit : non videtur à domino possideri, cui se adversarium præparat. Sed hoc ita verum est, si diù in libertate moratur. Alioquin si ex possessione servitutis in libertatem reclamaverit, et liberale iudicium imploraverit, nihilo minus in possessione mea est, et animo eum possideo, donec liber fuerit pronuntiatus.

§. 11. Saltus hybernos æstivosque animo possidemus, quamvis certis temporibus eos relinquamus.

§. 12. Cæterùm animo nostro, corpore etiam alieno possidemus, sicut diximus per colonum et servum. Nec movere nos debet, quòd quasdam res etiam ignorantes possidemus, id est, quas servi peculiariter paraverunt : nam videmur eas eorundem et animo et corpore possidere.

§. 13. Nerva filius, res mobiles, excepto homine, quatenus sub custodia nostra sint, hactenus possideri, id est, qua-

sesseur. Ainsi, quoique vous restiez dans un fonds, si cependant votre intention n'est pas de garder la possession, vous la perdez à l'instant. Par conséquent on peut perdre la possession par la seule intention, quoiqu'on ne puisse pas l'acquérir de cette seule manière.

7. Quand vous ne continueriez de posséder que par intention, quoiqu'un autre fût actuellement dans ce fonds, vous ne laisseriez pas de le posséder.

8. Si quelqu'un annonce qu'une maison est occupée par des brigands, et que le maître, saisi de peur, ne veuille pas en approcher, on décide qu'il en perd la possession. Mais si l'esclave ou le fermier par lesquels je possédois corporellement viennent à mourir ou à se retirer, je retiens la possession par l'intention.

9. Si je livre la chose à un autre je perds la possession. Car il est certain qu'on ne possède que jusqu'à ce qu'on quitte volontairement, ou qu'on soit dépossédé par force.

10. Si un esclave dont j'étois en possession se fait passer pour un homme libre, comme a fait Spartacus, et qu'il soit prêt à soutenir en justice sa liberté, il ne sera point censé être possédé par le maître dont il se prépare à être partie adverse. Ceci cependant n'est vrai qu'autant qu'il sera resté assez long-temps dans l'état de liberté. Car, si de l'état de servitude il réclame la liberté, et demande qu'il soit prononcé en justice sur son état, il restera toujours par provision en ma possession, et je continue de le posséder par intention jusqu'à ce qu'il ait été prononcé libre.

11. Nous continuons de posséder par intention nos biens d'hiver et d'été, quoique nous les abandonnions dans certaines saisons.

12. Au reste, on peut, comme nous l'avons dit, posséder par intention, et en même temps corporellement par autrui, comme par le fermier et l'esclave. On ne doit pas opposer qu'on peut être en possession d'une chose, même sans en avoir connoissance, comme il arrive par rapport aux choses que nos esclaves acquièrent de leur pécule ; car à cet égard nous possédons par leur intention et par leur fait.

13. Nerva le fils pense que nous possédons les choses mobilières, excepté l'homme, tant que nous les tenons sous notre garde,

c'est-à-dire tant que nous sommes les maîtres de mettre la main dessus si nous voulons. Car, dit-il, lorsqu'un troupeau est égaré ou qu'un vase est tombé de manière qu'on ne puisse pas le trouver, on cesse de posséder, quoique personne n'ait encore acquis la possession de ces choses. Il n'en est pas de même des choses perdues, et qui sont néanmoins renfermées chez nous : quoiqu'on ne les trouve pas, on continue de les posséder, parce qu'elles sont chez nous, et qu'il ne manque pour les trouver qu'une recherche plus exacte.

14. Par la même raison les animaux sauvages que nous renfermons dans une enceinte de murs, les poissons renfermés dans nos viviers, sont en notre possession. Mais nous ne possédons pas les poissons d'un étang qui nous appartient, ni le gibier qui est dans un bois fermé de haies, parce que ces animaux restent dans leur liberté naturelle. Car si quelqu'un achetoit ce bois, il faudroit dire qu'il acqueroit la possession de tout le gibier qui s'y trouve. Ce qui est faux.

15. A l'égard des oiseaux nous possédons ceux que nous tenons enfermés, ou ceux qui s'étant apprivoisés restent sous notre garde.

16. Quelques-uns pensent avec raison que les pigeons qui sortent de nos colombiers, ou les abeilles qui sortent de leurs ruches, et qui ont la coutume de revenir, continuent de rester dans notre possession.

17. Labéon et Nerva le fils décident que nous cessons de posséder un lieu qui est couvert par une rivière ou par la mer.

18. Si vous détournez une chose que je vous avois déposée, et que vous ayez l'intention de me la voler, je cesse de la posséder. Mais si, sans la changer de place, vous avez seulement intention de nier le dépôt, les anciens, et entre autres Sabin et Cassius, ont décidé avec raison que je restois en possession ; parce que le vol ne se fait pas par la seule intention, mais par le dérangement de la chose de sa place.

19. C'est encore un principe reçu des anciens, que personne ne peut se changer le titre de sa possession.

20. Mais si celui qui m'a déposé ou prêté une chose me la vend ou me la donne, je ne change point mon titre de posses-

teus, si velimus naturalem possessionem nancisci possumus. Nam pecus simul atque aberraverit, aut vas ita exciderit, ut non inveniatur, protinus desinere à nobis possideri, licet à nullo possideatur : dissimiliter atque si sub custodia mea sit, nec inveniatur : quia in præsentia ejus sit, et tantum cessat interim diligens inquisitio.

§. 14. Item feras bestias quas vivariis incluserimus, et pisces quos in piscinas conjecerimus, à nobis non possideri. Sed eos pisces qui in stagno sint, aut feras quæ in sylvis circumseptis vagantur, à nobis non possideri : quoniam relictæ sint in libertate naturali. Alioquin, etiam si quis sylvam emerit, videri eum omnes feras possidere. Quod falsum est.

De feris et piscibus.

§. 15. Aves autem possidemus, quas inclusas habemus, aut si quæ mansuetæ factæ, custodiæ nostræ subjectæ sunt.

De avibus.

§. 16. Quidam rectè putant, columbas quoque, quæ ab ædificiis nostris volant, item apes quæ ex alveis nostris evolant, et secundum consuetudinem redeunt, à nobis possideri.

De columbis et apibus, et quæ ire et redire solent.

§. 17. Labeo et Nerva filius responderunt, desinere me possidere eum locum quem flumen aut mare occupaverit.

De loco occupato à flumine vel mari.

§. 18. Si rem apud te depositam furti faciendi causa contrectaveris : desino possidere. Sed si eam loco non moveris, et inficiandi animam habeas, plerique veterum, et Sabinus et Cassius rectè responderunt, possessorem me manere : quia furtum sine contrectatione fieri non potest, nec animo furtum admittatur.

De contrectatione rei depositæ, et animo inficiandi.

§. 19. Illud quoque à veteribus præceptum est, neminem sibi ipsam causam possessionis mutare posse.

Neminem sibi ipsam causam possessionis mutare posse.

§. 20. Sed si is qui apud me deposuit, vel commodavit, eam rem vendiderit mihi, vel donaverit : non videbor causam

De re vendita depositario vel commodatario.

possessionis mihi mutare, qui ne possidebam quidem.

Divisiones et  
species posses-  
sionis.

§. 21. Genera possessionum tot sunt, quot et causæ acquirendi ejus quod nostrum non sit: velut pro emptore, pro donato, pro legato, pro dote, pro herede, pro noxæ dedito, pro suo: sicut in his, quæ terra marique, vel ex hostibus capimus vel quæ ipsi, ut in rerum natura essent, fecimus. Et in summa magis unum genus est possidendi: species infinitæ.

§. 22. Vel etiam potest dividi possessionis genus in duas species, ut possideatur aut bona fide, aut non bona fide.

§. 23. Quod autem Quintus Mucius inter genera possessionum posuit, si quando jussu magistratus rei servandæ causa, vel quia damni infecti non caveatur mitti, possidemus: ineptissimum est. Nam qui creditorem rei servandæ causa, vel quia damni infecti non caveatur, mittit in possessionem, vel ventris nomine: non possessionem, sed custodiam rerum et observationem concedit. Et ideò cum damni infecti non cavente vicino, in possessionem missi sumus: si id longo tempore fiat, etiam possidere nobis, et per longam possessionem capere prætor causa cognita permittit.

#### 4. Ulpianus lib. 67 ad Edictum.

De filiofamilias.

Quidquid filius peculiari nomine apprehenderit, id statim pater ejus possidet, quamvis ignoret in sua potestate filium. Amplius, etiam si filius ab alio tanquam servus possideatur, idem erit probandum.

#### 5. Paulus lib. 63 ad Edictum.

De occupante  
rem sibi debi-  
tam.

Si ex stipulatione tibi Stichum debeam, et non tradam eum, tu autem nactus fueris possessionem, prædo es. Æquè si vendidero, nec tradidero rem, si non voluntate mea nactus sis possessionem: non pro emptore possides, sed prædo es.

sion, puisque je ne possédois pas même avant.

21. Il y a autant de genres de possessions qu'il y a de titres pour acquérir le domaine. Ainsi on possède à titre d'acheteur, de donataire, de légataire, de mari qui reçoit une dot, d'héritier, de cessionnaire d'une chose pour le dommage qu'elle a causé, de propriétaire; ce dernier titre est celui qu'on acquiert sur les choses dont on se rend maître par occupation sur terre, sur mer ou dans le ciel, ou sur celles dont on procure soi-même l'existence. En un mot il n'y a, si l'on veut, qu'un genre de possession, mais il se divise en une infinité d'espèces.

22. On peut aussi diviser la possession en deux espèces, l'une de bonne foi et l'autre de mauvaise foi.

23. Je n'approuve pas le sentiment de Quintus-Mucius, quand il met au nombre des espèces de possessions celle dans laquelle le juge envoie celui qui a intérêt de conserver une chose, ou celui à qui on refuse de donner caution à raison d'un danger imminent: car, dans ces deux cas, aussi bien que dans celui où le juge envoie en possession au nom d'un enfant qui n'est pas encore né, on n'a point la possession, mais seulement la garde et l'inspection. Ainsi, lorsqu'à défaut de caution de la part du voisin, à raison d'un danger imminent, le prêteur envoie en possession, si le refus de donner caution dure long temps, le prêteur nous permet par un second décret de posséder pour nous, et d'acquérir la propriété par une longue possession; mais il ne rend ce second décret qu'en connoissance de cause.

#### 4. Ulpien au liv. 67 sur l'Edit.

Le père possède à l'instant tout ce que son fils acquiert à raison de son pécule, quand même il ignoreroit que ce fils fût sous sa puissance. Il y a plus, il faudroit dire la même chose quand même le fils seroit possédé par un tiers en qualité d'esclave.

#### 5. Paul au liv. 63 sur l'Edit.

Si je vous dois l'esclave Stichus en vertu d'une stipulation, et que je ne vous l'aie pas livré, mais que vous vous en soyez procuré autrement la possession, vous êtes possesseur de mauvaise foi. De même si je vous l'ai vendu, sans vous le livrer, et que vous

en ayez eu la possession autrement que par ma volonté, vous ne le possédez pas à titre d'acheteur, mais de mauvaise foi.

6. *Ulpian au liv. 70 sur l'Édit.*

Celui-là possède clandestinement qui est entré furtivement en possession à l'insu de celui qu'il soupçonnoit devoir lui faire contestation, et dont il craignoit par cette raison d'être connu. Mais si celui qui n'étoit pas en possession clandestinement s'est caché, il n'est pas regardé comme possesseur clandestin : car on ne fait point attention au moyen qu'on a employé pour obtenir la possession, mais à l'origine ou au commencement de cette possession. Et on ne peut dire de personne qu'il a commencé à posséder clandestinement, quand il a commencé à posséder de bonne foi, soit parce qu'il avoit le consentement du propriétaire de la chose, soit par quelqu'autre raison. Ce qui fait dire à Pomponius que l'origine de la possession est clandestine quand on entre furtivement en possession à l'insu de celui de la part duquel on craint contestation.

1. Labéon pense que si un particulier étant parti pour une foire sans laisser personne à sa maison, trouve en revenant quelqu'un qui s'en soit emparé, ce détenteur possède clandestinement. Celui qui étoit parti pour la foire conserve donc sa possession. Mais dans le cas où le détenteur n'aura pas voulu admettre le propriétaire qui étoit de retour, le même Labéon pense qu'il possédera plutôt violemment que clandestinement.

7. *Paul au liv. 54 sur l'Édit.*

Si celui qui étoit en possession ne veut pas y rentrer, parce qu'il craint une force majeure, il sera censé avoir perdu sa possession. C'est aussi l'avis de Nératius.

8. *Le même au liv. 65 sur l'Édit.*

Comme on ne peut acquérir la possession que par l'intention, et par un fait corporel, de même on ne peut la perdre que lorsque les deux choses contraires se rencontrent.

9. *Gaius au liv. 25 sur l'Édit.*

En général nous sommes censés en possession tant qu'un autre possède en notre nom, comme un procureur, un hôte, un ami.

10. *Ulpian au liv. 69 sur l'Édit.*

Celui qui ayant tenu une chose à titre de

6. *Ulpianus lib. 70 ad Edictum.*

Clàm possidere eum dicimus, qui furtivè ingressus est possessionem, ignorante eo quem sibi controversiam facturum suspicabatur, et ne faceret timebat. Is autem qui cum possideret non clàm, se celavit: in ea causa est, ut non videatur clàm possidere. Non enim ratio obtinendæ possessionis, sed origo nanciscendæ exquirenda est: nec quemquam clàm possidere incipere, qui sciente aut volente eo ad quem ea res pertinet, aut aliqua ratione bonæ fidei possessionem nanciscitur. Itaque, inquit Pomponius, clàm nanciscitur possessionem, qui futuram controversiam metuens, ignorante eo quem metuit, furtivè in possessionem ingreditur.

De clandestina possessione.

§. 1. Qui ad nundinas profectus, neminem reliquerit, et dum ille à nundinis redit, aliquis occupaverit possessionem, videri eum clàm possidere, Labeo scribit. Retinet ergo possessionem is qui ad nundinas abiit. Verùm si revertentem dominum non admiserit, vi magis intelligi possidere, non clàm.

Si quis profecti ad nundinas possessionem occupaverit.

7. *Paulus lib. 54 ad Edictum.*

Et si nolit in fundum reverti, quòd vim majorem vereatur: amisisse possessionem videbitur. Et ita Neratius quoque scribit.

8. *Idem lib. 65 ad Edictum.*

Quemadmodum nulla possessio acquirit nisi animo et corpore potest: ita nulla amittitur, nisi in qua utrumque in contrarium actum est.

De animo et corpore.

9. *Gaius lib. 25 ad Edictum.*

Generaliter quisquis omnino nostro nomine sit in possessionem, veluti procurator, hospes, amicus, nos possidere videmur.

De eo qui nostro nomine est in possessione.

10. *Ulpianus lib. 69 ad Edictum.*

Si quis antè conduxit, postea precario

De conductio-

ne, et precario.  
Differentia inter  
possidere, et esse  
in possessione.

rogavit : videbitur discessisse à conductione. Quòd si antè rogavit, postea conduxit, conduxisse videbitur : potius enim hoc procedere videtur, quòd novissimè factum est. Et hoc Pomponius ait.

§. 1. Idem Pomponius bellissimè tentat dicere, nunquid qui conduxerit quidem prædium, precario autem rogavit, non ut possideret, sed ut in possessione esset ? est autem longè diversum : aliud est enim possidere, longè aliud in possessionem esse. Denique rei servandæ causa, legatorum, damni infecti, non possident, sed sunt in possessione custodiæ causa. Quod si factum est, utrumque procedit.

§. 2. Si quis et conduxerit, et rogaverit, precario uti possideret : si quidem nummo uno conduxit, nulla dubitatio est quin ei precarium solum teneat : quia conductio nulla est quæ est in uno nummo. Sin verò pretio, tunc distinguendum quid priùs factum est.

11. *Paulus lib. 65 ad Edictum.*

De auctoritate  
prætoris.

Justè possidet, qui auctore prætore possidet.

12. *Ulpianus lib. 70 ad Edictum.*

De usufructuario

Naturaliter videtur possidere is qui usumfructum habet.

Differentia proprietatis et possessionis uti possidetis. De rei vindicatione.

§. 1. Nihil commune habet proprietatis cum possessione : et idè non denegatur ei interdictum uti possidetis, qui cœpit, rem vindicare. Non enim videtur possessioni renuntiasse, qui rem vindicavit.

15. *Idem lib. 72 ad Edictum.*

De lapidibus in flumen demersis. De fugitivo.

Pomponius refert, cum lapides in Tiberim demersi essent naufragio, et post tempus extracti : an dominium in integro fuit per id tempus quo erant mersi ? Ego dominium retinere puto, possessionem non puto. Nec est simile fugitivo : nam-

loyer, la tient ensuite à titre précaire, est censé ne plus posséder à titre de loyer. S'il la tenoit d'abord à titre précaire, et qu'il l'eût prise ensuite à titre de loyer, il sera censé posséder à ce dernier titre ; car il faut toujours s'attacher à ce qui a été fait en dernier lieu. C'est le sentiment de Pomponius.

1. Le même jurisconsulte examine une question fort curieuse, savoir s'il faut dire la même chose dans le cas où celui qui auroit pris un fonds à loyer l'auroit demandé ensuite à titre précaire, non pour le posséder, mais pour en être en possession : car il y a bien de la différence entre posséder et être en possession. Ceux qu'on envoie en possession pour conserver la chose, comme un légataire pour la sûreté de son legs, un voisin pour la sûreté de l'indemnité à raison d'un dommage qu'il craint, ne possèdent pas, mais ils sont seulement en possession à l'effet de garder la chose. En ce cas les deux titres concourent.

2. Un particulier a pris un fonds à loyer, et il a demandé d'en être possesseur à titre précaire. S'il l'a pris à loyer pour cinq sous, il n'y a pas de doute qu'il n'y a que le titre précaire qui subsiste, parce qu'un bail fait moyennant cinq sous est nul. Mais s'il l'a pris à loyer à prix d'argent, il faut distinguer quel titre a précédé l'autre.

11. *Paul au liv. 65 sur l'Edit.*

On possède justement, quand on possède par autorité de justice.

12. *Ulpien au liv. 70 sur l'Edit.*

L'usufruitier est censé posséder naturellement.

1. Il n'y a rien de commun entre la propriété et la possession. C'est ce qui fait qu'on ne refuse pas l'interdit *uti possidetis* à celui qui a intenté son action en revendication. Car celui qui revendique une chose comme étant sienne, n'est point censé avoir renoncé à sa possession.

15. *Le même au liv. 72 sur l'Edit.*

Pomponius rapporte cette espèce, des pierres sont tombées dans le Tibre dans un naufrage ; elles en ont depuis été retirées : le maître en a-t-il conservé la propriété pendant le temps qu'elles sont restées sous l'eau ? Je pense qu'il en a retenu la propriété, mais

non la possession. Il ne faut pas comparer ce cas-ci à celui d'un esclave qui est en fuite ; car ce qui fait que nous sommes censés posséder notre esclave qui est en fuite, c'est afin qu'il ne soit pas le maître de nous priver de sa possession : ce qui ne peut pas s'appliquer aux pierres.

1. Lorsqu'on cherche à s'aider du fait de son auteur, on doit s'en servir avec ses charges et ses vices. C'est pourquoi par rapport à l'addition du temps que le vendeur a possédé la chose vendue, on examine si sa possession a été violente, clandestine ou précaire.

2. On demande encore si dans le cas où l'acquéreur d'un esclave l'auroit rendu au vendeur à cause d'une clause résolutoire de la vente, le vendeur pourroit demander à profiter du temps de possession écoulé pendant que l'esclave a été chez l'acheteur ? Il y en a qui pensent qu'il ne le peut pas, par la raison qu'en ce cas la vente est résolue ; d'autres pensent que l'acheteur profite du temps de la possession du vendeur, et le vendeur du temps de la possession de l'acheteur. Ce sentiment me paroît plus probable.

3. Supposez qu'un homme libre ou un esclave possédé de bonne foi par un autre que son maître, ait acquis une chose et en ait porté la possession dans des mains étrangères ( c'est-à-dire dans celles du possesseur de bonne foi ), l'homme libre recouvrant sa liberté ou le vrai maître recouvrant son esclave, ne peut point profiter du temps de possession écoulé pendant que la chose a été dans les mains du possesseur de bonne foi.

4. On a demandé si, dans le cas où un héritier n'auroit pas possédé lui-même avant le défunt, il pourroit s'aider de la possession commencée par le testateur ? Il est certain que la possession est interrompue entre le vendeur et l'acheteur ; mais le plus grand nombre des jurisconsultes n'admettent pas la même règle par rapport aux héritiers ; parce que le titre de succession a plus d'étendue que celui d'achat. Néanmoins il paroît plus conforme à l'esprit de la loi de suivre pour les héritiers la même règle que pour les acheteurs.

5. L'héritier profite non-seulement du

que fugitivus idcirco à nobis possideri videtur, ne ipse nos privet possessione : at in lapidibus diversum est.

§. 1. Cum quis utitur adminiculo ex persona auctoris : uti debet cum sua causa, suisque vitis. Denique addimus in accessione de vi, et clam et precario venditoris.

De accessione  
possessoris.

§. 2. Præterea quæritur, si quis hominem venditori redhibuerit, an accessione uti possit ex persona ejus ? Et sunt qui putent non posse : quia venditionis est resolutio, redhibitio. Alii emptorem venditoris accessione usurum, et venditorem emptoris. Quod magis probandum puto.

§. 3. Si liber homo, vel alienus servus, cum bona fide servient, comparaverint, et alii adquisierint possessionem : neque liberum, neque servi dominum debere uti accessione.

§. 4. Quæsitum est, si heres prius non possederat, an testatoris possessio ei accedat ? Et quidem in emptoribus possessio interrumpitur ; sed non idem in heredibus plerique probant : quoniam plenius est jus successionis, quam emptionis. Sed subtilius est, quod in emptorem, et in heredem id quoque probari.

§. 5. Non autem ea tantum possessio

testatoris heredi procedit, quæ morti fuit injuncta : verùm ea quoque, quæ unquam testatoris fuerit.

§. 6. In dote quoque, si data res fuerit, vel ex dote recepta, accessio dabitur, vel marito vel uxori.

§. 7. Si is qui precario concessit, accessione velit uti ex persona ejus cui concessit : an possit, quæritur ? Ego puto eum qui precario concessit, quandiu manet precarium, accessione uti non posse : si tamen receperit possessionem rupto precario dicendum esse. accedere possessionem ejus temporis quo precario possidebatur.

§. 8. Ex facto quæritur, si quis manumissus ex causa peculiari habeat rem, non concessio sibi peculio : deinde dominus velit, retracta possessione, accessione uti, an possit ? Et placuit non esse dandam hanc accessionem, quæ clam habita est prædone possidente.

§. 9. Si jussu judicis res mihi restituta sit, accessionem esse mihi dandam placuit.

§. 10. Sed et legatario dandam accessionem ejus temporis quo fuit apud testatorem, sciendum est. An heredis possessio ei accedat, videamus ? Et puto, sive purè, sive sub conditione fuerit relicta, dicendum esse, id temporis quo heres possedit ante existentem conditionem vel restitutionem rei, legatario proficere. Testatoris autem semper proderit legatario, si legatum verè fuit, vel fideicommissum.

§. 11. Sed et is cui res donata est, accessione utetur ex persona ejus qui donavit.

§. 12. Accessiones in eorum personam habent, qui habent propriam possessionem :

temps de possession que le testateur a eu lors de sa mort, mais de celui qu'il a eu en quelque temps que ce soit pendant le cours de sa vie.

6. En matière de dot, si on a donné une chose en dot au mari, ou si un effet dotal a été rendu à la femme, le temps de possession du mari profitera à la femme, et réciproquement.

7. On demande si celui qui a transféré la possession d'un effet à titre précaire peut se servir utilement du temps qu'a possédé l'autre ? Je pense qu'il ne le peut pas tant que le précaire dure ; mais s'il a repris la possession, et fait cesser le précaire, je crois qu'il pourra invoquer en sa faveur le temps pendant lequel la chose a été tenue précairement de lui.

8. Un fait a donné lieu à la question suivante : Un affranchi à qui on n'a pas laissé de pécule, a possédé une chose qui faisoit partie de son pécule lorsqu'il étoit esclave ; son maître, s'étant fait rendre la possession de cette chose, a voulu se servir du temps de la possession de l'affranchi. On a demandé s'il le pouvoit ? Et on a décidé qu'il ne le pouvoit pas, parce que cette possession de l'affranchi avoit été clandestine et de mauvaise foi.

9. Lorsque la possession d'une chose m'a été rendue par autorité de justice, on décide que je peux me servir du temps qu'elle a été possédée par mon adversaire.

10. Il faut encore observer que le légataire peut compter pour lui le temps où la chose a été possédée par le testateur. Mais en seroit-il de même du temps pendant lequel cette même chose a été possédée par l'héritier avant d'être délivrée au légataire ? Je pense que, soit que le legs ait été pur ou conditionnel, le temps de la possession de l'héritier écoulé avant l'événement de la condition ou la délivrance du legs doit profiter au légataire. Pour le temps de la possession du testateur, il doit toujours profiter au légataire si le legs ou le fideicommissus est sincère.

11. Le donataire profite aussi du temps de la possession du donateur.

12. Les temps de possession ne se continuent qu'en faveur de ceux qui ont eux-mêmes

mêmes une possession qui leur est propre ; personne ne peut s'aider de la possession d'un autre s'il n'a pas été lui-même en possession.

13. De plus, la continuation de temps ne peut avoir lieu en faveur d'une possession vicieuse, ou précédente ou subséquente.

14. *Paul au liv. 68 sur l'Édit.*

Celui qui a acquis de mon esclave ou d'un fils qui est sous ma puissance, de mon consentement, ou de leur pécule dont ils ont la libre administration, profite du temps de ma possession.

1. Il en est de même de ceux qui acquièrent des effets possédés par un pupille ou un interdit, de son tuteur ou curateur.

15. *Gaius au liv. 26 sur l'Édit provincial.*

Nous cessons de posséder une chose qui nous a été volée de la même manière que celle qui nous auroit été enlevée par violence. Si la chose nous a été volée par une personne qui est sous notre puissance, tant qu'elle la garde nous n'en perdons pas la possession, parce que nous l'acquérons par l'entremise de ces sortes de personnes. C'est ce qui fait que nous continuons de posséder notre esclave qui est en fuite, parce qu'il ne lui est pas plus possible de nous ôter la possession de sa personne que des autres choses qu'il possède.

16. *Ulpianus au liv. 37 sur l'Édit.*

Les donations faites entre mari et femme sont possédées par le donateur à titre de possesseur.

17. *Le même au liv. 76 sur l'Édit.*

Celui qui a été dépossédé par violence est regardé comme continuant de posséder, parce qu'il a l'action pour se faire rendre sa possession.

1. Il y a cette différence entre la propriété et la possession, que la propriété reste même à celui qui ne veut pas la garder, au lieu que la possession cesse de nous appartenir dès le moment que nous témoignons ne vouloir plus l'avoir : en sorte que si quelqu'un transfère à un autre la possession d'une chose, dans l'intention qu'elle lui soit rendue, il cesse de posséder.

18. *Celse au liv. 23 du Digeste.*

Je puis posséder au nom d'un autre le  
*Tome VI.*

sessionem : cæterum accessio nemini proficit, nisi ei qui ipse possedit.

§. 13. Præterea ne vitiosæ quidem possessioni ulla potest accedere : sed nec vitiosa ei quæ vitiosa non est.

14. *Paulus lib. 68 ad Edictum.*

Si servus vel filiusfamilias vendiderit, dabitur accessio ejus, quod penes me fuit : scilicet si volente me, aut de peculio, cujus liberam peculii administrationem habuerunt, vendiderunt.

§. 1. Tutore quoque vel curatore vendente, dabitur accessio ejus temporis quo pupillus vel furiosus possedit.

15. *Gaius lib. 26 ad Edictum provinciale.*

Rem quæ nobis subrepta est, perinde intelligimur desinere possidere, atque eam quæ vi nobis erepta est. Sed si is qui in potestate nostra est, subripuerit, quandû apud ipsum sit res, tandiû non amittimus possessionem : quia per hujusmodi personas adquiritur nobis possessio. Et hæc ratio est, quare videamur fugitivum possidere, quòd is quemadmodum aliarum rerum possessionem intervertere non potest, ita ne suam quidem potest.

De re subrepta vel vi erepta. De fugitivo.

16. *Ulpianus lib. 37 ad Edictum.*

Quod uxor viro, aut vir uxori donavit, pro possessore possidetur.

De donatione inter virum et uxorem.

17. *Idem lib. 76 ad Edictum.*

Si quis vi de possessione dejectus sit, perinde haberi debet, ac si possideret, cum interdicto de vi recuperandæ possessionis facultatem habeat.

De vi dejecto.

§. 1. Differentia inter dominium et possessionem hæc est, quòd dominium nihilominus ejus manet, qui dominus esse non vult : possessio autem recedit, ut quisque constituit nolle possidere. Si quis igitur ea mente possessionem tradidit, ut postea ei restituatur, desinit possidere.

De animo amittendi.

18. *Celsus lib. 23 Digestorum.*

Quod meo nomine possideo, possum  
39

De possessore

suo vel alieno nomine.

alieno nomine possidere. Nec enim muto mihi causam possessionis, sed desino possidere, et alium possessorem ministerio meo facio. Nec idem est possidere, et alieno nomine possidere. Nam possidet, cujus nomine possidetur. Procurator alienæ possessioni præstat ministerium.

De re tradita furioso.

§. 1. Si furioso, quem suæ mentis esse existimas, eo quòd fortè in conspectu inumbrate quietis fuit constitutus, rem tradideris : licèt ille non erit adeptus possessionem, tu possidere desinis. Sufficit quippe dimittere possessionem, etiam si non transferas. Illud enim ridiculum est dicere, quòd non aliter vult quis dimittere, quàm si transferat : imò vult dimittere, quia existimat se transferre.

De re empta.

§. 2. Si venditorem, quod emerim, deponere in domo mea jusserim : possidere me certum est, quanquam id nemo dum attigerit. Aut si vicinum mihi fundum mercato venditor in mea turre demonstrat, vacuamque se possessionem tradere dicat : non minùs possidere cœpi, quàm si pedem finibus intulissem.

De clandestina, violenta possessione.

§. 3. Si dum in alia parte fundi sum, alius quis clam animo possessoris intraverit : non desiisse illico possidere existimandus sum, facilè expulsurus finibus simul atque sciero.

§. 4. Rursus si cum magna vi ingressus est exercitus, eam tantummodò partem quam intraverit, obtinet.

19. *Marcellus lib. 17 Digestorum.*

Qui bona fide alienum fundum emit, eandem à domino conduxit. Quæro utrùm desinat possidere, an non? Respondi : in promptu est, ut possidere desierit.

De conductio-  
ne rei bona fide  
emptæ.

Ne quis sibi

§. 1. Quòd scriptum est apud veteres,

même effet que je possède en mon nom. Car, lorsque je possède par un autre, je ne perds pas le titre de ma possession, mais je cesse de posséder, et c'est par mon fait qu'un autre possède pour moi. Il y a de la différence entre posséder de droit et posséder au nom d'autrui : car celui-là possède de droit au nom duquel un autre possède de fait. Le fondé de procuration ne fait que prêter son ministère à la possession d'autrui.

1. Si vous livrez une chose à un homme interdit pour cause de fureur, mais que vous croyez censé, parce que vous l'avez vu dans un moment de tranquillité, quoiqu'il n'acquiert pas la possession, néanmoins vous la perdez. En effet il suffit que vous ayez abandonné de fait votre possession, quoique vous ne l'ayez pas transférée de droit : car il seroit ridicule de dire qu'on ne veut perdre la possession de fait qu'autant qu'elle sera transférée de droit. Au contraire, c'est parce qu'on croit la transférer de droit qu'on est censé vouloir l'abandonner de fait.

2. Si j'ai dit à mon vendeur de déposer chez moi ce que j'ai acheté, il est certain que dès-là même je suis en possession, quoique personne n'ait encore touché à la chose. De même si celui qui me vend un fonds voisin me le montre d'une tour qui m'appartient, et m'en fait delà une délivrance sèche, je suis en possession du fonds autant que si j'y avois mis le pied.

3. Si lorsque je suis dans un côté de ma terre, un autre y entre clandestinement par un autre côté, dans l'intention de s'en emparer à titre de possesseur, je ne cesse pas sur le champ de posséder, parce qu'il y a lieu de croire que je chasserai aisément cet intrus dès que j'aurai connoissance de son entreprise.

4. Si c'est une armée qui entre de ce côté avec grande violence, elle ne possédera que le côté dont elle se sera emparé.

19. *Marcellus au liv. 17 du Digeste.*

Un particulier a acheté de bonne foi le fonds d'autrui, depuis il l'a pris à ferme du véritable maître. On a demandé si sa possession avoit cessé ou non? Le jurisconsulte répond qu'elle a cessé.

1. Quand les anciens ont dit que personne

ne pouvoit se changer à lui-même le titre de sa possession, il est probable qu'ils ont entendu parler de celui qui, étant en possession d'une chose de fait et d'intention, se mettroit dans la tête de posséder à un autre titre; et non de celui qui, ayant abandonné la possession d'une chose en vertu du premier titre qu'il avoit, chercheroit à se la procurer de nouveau à un nouveau titre.

20. *Le même au liv. 19 du Digeste.*

Si un particulier qui a prêté un effet le vend, et ordonne à l'emprunteur de le rendre à l'acquéreur, l'emprunteur ne le rendant point à l'acquéreur, il y a des cas où on décidera que cet emprunteur a volé la possession de l'effet qu'il retient, et d'autres où on décidera le contraire. Car le propriétaire lui-même ne perd pas toujours la possession de l'effet qu'il a prêté quand l'emprunteur refuse de le lui rendre. En effet l'emprunteur ne peut-il pas avoir quelque juste raison de ne le pas rendre, autre que celle de s'en approprier la possession malgré lui?

21. *Javolenus au liv. 7 tiré de Cassius.*

Il arrive quelquefois qu'on peut donner à un autre une portion qu'on n'a pas soi-même: tel est le cas d'un homme qui possédant un effet dépendant d'une succession, comme se prétendant héritier, auroit, avant le jugement qui lui adjuge la propriété, reçu ce même effet à titre précaire de l'héritier apparent.

1. Ce qui a été mis hors d'un vaisseau dans un naufrage ne peut pas être prescrit, par la raison que ce n'est pas un effet abandonné, mais perdu.

2. Je pense qu'il en est de même des marchandises jetées à la mer pour éviter le naufrage, parce qu'on ne peut pas regarder comme abandonné ce dont chacun s'est défait pour le salut commun.

3. Si après avoir reçu à titre précaire la chose d'autrui, on la prend à loyer du vrai maître, la possession retourne au propriétaire.

22. *Le même au liv. 13 tiré de Cassius.*

On n'est pas censé avoir acquis la possession, quand on ne l'a eue que d'une manière à ne pouvoir pas la garder.

23. *Le même au liv. 1 des Lettres.*

Lorsqu'on est institué héritier, et qu'on a accepté la succession, tous les droits suc-

neminem sibi causam possessionis posse mutare credibile est: de eo cogitatum, qui et corpore et animo possessioni incumbens, hoc solum statuit, ut ex alia causa id possideret: non si quis dimissa possessione prima, ejusdem rei denuò ex alia causa possessionem nancisci velit.

mutet causam possessionis.

20. *Idem lib. 19 Digestorum.*

Si quis rem quam utendam dederat, venderit, emptorique tradi jusserit, nec ille tradiderit: aliàs videbitur possessione dominum intervertisse, aliàs contra. Nam nec tunc quidem semper dominus amittit possessionem, cum reposcenti ei commodatum non redditur. Quid enim, si alia quæpiam fuit justa et rationabilis causa non reddendi, non utique ut possessionem ejus interverteret?

De re commodata.

21. *Javolenus lib. 7 ex Cassio.*

Interdum ejus possessionem, cujus ipsi non habemus, alii tradere possumus: veluti cum is qui pro herede rem possidebat, antequàm dominus fieret, precario ab herede eam rogavit.

De precario.

§. 1. Quod ex naufragio expulsum est, usucapi non potest: quoniam non est in derelicto, sed in deperdito.

De naufragio.

§. 2. Idem juris esse existimo in his rebus quæ jactæ sunt: quoniam non potest videri id pro derelicto habitum, quod salutis causa interim dimissum est.

De jactis in mare.

§. 3. Qui alienam rem precario rogavit, si eandem à domino conduxit, possessio ad dominum revertitur.

De precario.

22. *Idem lib. 13 ex Cassio.*

Non videtur possessionem adeptus is qui ita nactus est, ut eam retinere non possit.

De possessione quæ retineri non potest.

23. *Idem lib. 1 Epistolarum.*

Cum heredes instituti sumus, ad hæreditatem, omnia quidem jura ad nos tran-

De aditione hereditatis.

seunt : possessio tamen nisi naturaliter comprehensa, ad nos non pertinet.

De captivis.

§. 1. In his qui in hostium potestatem pervenerunt, in retinendo jura rerum suarum singulare jus est : corporaliter tamen possessionem amittunt. Neque enim possunt videri aliquid possidere, cum ipsi ab alio possideantur. Sequitur ergo, ut reversis his nova possessione opus sit, etiam si nemo medio tempore res eorum possederit.

De homine libero victo.

§. 2. Item quæro, si vinxero liberum hominem, ita ut eum possideam : an omnia quæ is possidebat, ego possideam per illum? Respondit : Si vinxeris hominem liberum, eum te possidere non puto : quod cum ita se habeat, multo minus per illum res ejus à te possidebuntur : neque enim rerum natura recipit, ut per eum aliquid possidere possimus, quem civiliter in mea potestate non habeo.

De possessione per servum.

24. *Idem lib. 14 Epistolarum.*  
Quod servus tuus, ignorante te, vi possidet, id tu non possides : quoniam is qui in tua potestate est, ignoranti tibi non corporalem possessionem, sed justam potest adquirere : sicut id quod ex peculio ad eum pervenerit, possidet. Nam tum per servum dominus quoque possidere dicitur : summa scilicet cum ratione : quia quod ex justa causa corporaliter à servo tenetur, id in peculio servi est ; et peculium quod servus civiliter quidem possidere non posset, sed naturaliter tenet, dominus creditur possidere. Quod verò ex maleficiis adprehenditur, id ad domini possessionem idem non pertinet, quia nec peculii causam adprehendit.

25. *Pomponius lib. 25 ad Quintum Mucium.*

De re amissa.

Si id quod possidemus, ita perdidimus, ut ignoremus ubi sit, desinimus possidere.

cessifs nous sont acquis, mais la possession des effets de la succession ne nous appartient que lorsque nous l'avons prise naturellement.

1. Il y a quelque chose de particulier par rapport à ceux qui sont faits prisonniers de guerre, et qui retiennent la propriété de leurs biens : car il est vrai qu'ils en perdent corporellement la possession, n'étant pas possible que celui-là même dont le corps est possédé légitimement par autrui soit censé posséder lui-même quelque chose. Il s'ensuit que ces prisonniers de guerre ont besoin à leur retour d'une nouvelle prise de possession, quand même personne n'auroit possédé intermédiairement.

2. Autre question : J'ai enchaîné un homme libre, et il est en ma possession, peut-on dire que je possède par lui tout ce qu'il possédoit ? Le jurisconsulte répond : Si vous avez enchaîné un homme libre, je ne crois pas que vous le possédiez pour cela ; à plus forte raison n'acquerez-vous pas par lui la possession des choses qu'il avoit, étant impossible, suivant la nature, qu'on acquiert par celui qu'on ne possède pas civilement.

24. *Le même au liv. 14 des Lettres.*

Ce que votre esclave possède de fait à votre insu par violence, vous ne le possédez pas civilement ; parce que celui qui est sous votre puissance ne vous acquiert pas une possession de fait, mais une possession de droit. Par exemple ce qu'un esclave possède comme faisant partie de son pécule, le maître en acquiert la possession par son esclave. Et cela est très-fondé, parce que ce qui est possédé de fait et à juste titre par un esclave fait partie de son pécule, et c'est le maître qui est censé posséder le pécule que l'esclave ne peut posséder civilement, mais qu'il a naturellement dans ses mains. Néanmoins ce que l'esclave acquiert par de mauvaises voies, le maître n'en a pas la possession, parce que cela n'entre pas même dans le pécule de l'esclave.

25. *Pomponius au liv. 25 sur Quintus Mucius.*

On cesse de posséder dès qu'on a perdu la chose de manière à ignorer absolument où elle est.

1. On possède par la personne de ses fermiers, locataires, esclaves. S'ils viennent à mourir, à tomber en démence, ou à sous-louer, on continue de garder la possession. Il n'y a point à cet égard de différence entre nos esclaves et nos fermiers.

2. Quand on ne possède une chose que par intention, on demande si on continue de posséder tant qu'un autre ne prend point la possession de fait, auquel cas sa possession seroit préférée; ou, ce qui est plus probable, si on ne possède pas jusqu'à ce qu'on trouve quelqu'un qui nous empêche de rentrer dans la chose, ou jusqu'à ce que nous ayons perdu l'intention de posséder, dans l'opinion que celui qui est entré en possession nous chassera si nous nous présentons pour rentrer? Ce dernier sentiment est le plus plausible.

26. *Le même au liv. 26 sur Quintus-Mucius.*

On peut posséder et acquérir par prescription une portion déterminée d'un fonds, et même une part certaine, mais indivise, qu'on acquiert par vente, donation ou à tout autre titre. Mais on ne peut ni donner ni recevoir la possession d'une partie indéterminée: par exemple si je vous cède ce qui m'appartient dans un tel fonds; car l'ignorance fait qu'on ne peut donner ni recevoir une chose dont on n'a point d'idée certaine.

27. *Paul au liv. 5 des Lettres.*

Si on suppose qu'un homme ayant la possession d'un bois tombe en fureur, il ne perd point la possession tant qu'il est en fureur; parce que, pendant qu'il est dans cet état, il ne peut pas perdre l'intention de posséder.

28. *Tertullien au liv. 1 des Questions.*

Si un particulier qui est en possession d'une chose la prend ensuite à loyer, perd-il sa possession? Il faut examiner en ce cas l'intention. D'abord il est nécessaire de savoir si le particulier avoit connoissance ou non qu'il possédât; ensuite s'il a pris la chose à loyer comme sienne ou comme appartenante à autrui. S'il a su qu'elle étoit à lui, il faut encore savoir s'il la regardoit comme étant à lui en propriété, ou seulement à l'égard de la possession. Car si vous êtes en possession de ma chose, et que j'achète ou je stipule de vous la possession, l'achat et la

§. 1. Et per colonos, et inquilinos, aut servos nostros possidemus. Et si moriantur, aut furere incipient, aut alii locent, intelligimur nos retinere possessionem. Nec inter colonum et servum nostrum, per quem possessionem retinemus, quicquam interest.

De colonis, inquilinis, servis

§. 2. Quod autem solo animo possidemus, quæritur, utrumne usque eò possidemus, donec alius corpore ingressus, ut potior sit illius corporalis possessio: an verò (quòd quasi magis probatur) usque eò possideamus, donec revertentes nos aliquis repellat: aut nos ita animo desinamus possidere, quòd suspicemur repelli nos posse ab eò qui ingressus sit in possessionem? Et videtur utilius esse.

De amittenda possessione, quam solo animo habemus.

26. *Idem lib. 26 ad Quintum Mucium.*

Locus certus ex fundo et possideri, et per longam possessionem capi potest: et certa pars pro indiviso, quæ introducitur vel ex emptione, vel ex donatione, vel qualibet alia ex causa. Incerta autem pars nec tradi, nec capi potest: veluti si ita tibi tradam, *Quidquid mei juris in eo fundo est*: nam qui ignorat, nec tradere nec accipere id quod incertum est, potest.

De certa vel incerta parte.

27. *Paulus lib. 5 Epistolarum.*

Si is qui animo possessionem saltus retineret, furere cœpisset: non potest, dum fureret, ejus saltus possessionem amittere: quia furiosus non potest desinere animo possidere.

De furere.

28. *Tertullianus lib. 1 Quæstionum.*

Si aliquam rem possideam, et eandem postea conducam: an amittam possessionem? Multum refert, in his quid agatur. Primum enim refert, utrum sciam me possidere, an ignorem: et utrum quasi non meam rem conducam, an quasi meam: et sciens meam esse, utrum quasi proprietatis respectu, an possessionis tantum. Nam et si rem meam tu possideas, et ego emam à te possessionem ejus rei, vel stipuler, utilis erit et emptio et stipulatio: et sequitur, ut et precarium, et conductio, si specialiter possessionis solius conducen-

De conductione, emptione, stipulatione, precario.

dæ, vel precario rogandæ animus interveniat.

29. *Ulpianus lib. 30 ad Sabinum.*

De pupillo.

Possessionem pupillum sine tutoris auctoritate amittere posse constat : non ut animo, sed ut corpore desinat possidere : quod est enim facti, potest amittere. Alia causa est, si fortè animo possessionem velit amittere : hoc enim non potest.

30. *Paulus lib. 15 ad Sabinum.*

De toto et paribus.

Qui universas ædes possidet, singulas res quæ in ædificio sunt, non videtur possidere.

De amittenda possessione. De loco religioso, vel sacro. De libero homine.

§. 1. Possessionem amittimus multis modis : veluti si mortuum in eum locum intulimus, quem possidebamus. Namque locum religiosum aut sacrum non possumus possidere, etsi contemnamus religionem, et pro privato eum teneamus, sicut hominem liberum.

De damno infecto.

§. 2. Item cum prætor idcirco in possessionem rei ire jussit, quod damni infecti non promittetur : possessionem invitum dominum amittere Labeo ait.

De occupato à mari, vel flumine, si possidens in alterius potestatem pervenerit.

§. 3. Item, quod mari aut flumine occupatum sit, possidere nos desinimus : aut si is qui possidet, in alterius potestatem pervenit.

De voluntate. De manumissione servi per quem possidebatur. De specificatione.

§. 4. Item quod mobile est, multis modis desinimus possidere : si aut nolimus, aut servum putà manumittamus. Item si quod possidebam, in aliam speciem translatum est : veluti vestimentum ex lana factum.

De herede ejus qui pro colono possidebat.

§. 5. Quod per colonum possideo, heres meus, nisi ipse nactus possessionem, non poterit possidere : retinere enim animo possessionem possumus, apisci non possumus. Sed quod pro emptore possideo, per colonum etiam usucapiet etiam heres meus.

stipulation sont valables. Il s'ensuit delà qu'on peut recevoir sa propre chose à titre précaire ou à titre de loyer, si on a l'intention expresse d'acquérir par ces titres la possession qu'on n'avoit pas.

29. *Ulpien au liv. 30 sur Sabin.*

Il est certain que le pupille peut perdre la possession sans l'autorité de son tuteur, non pas par intention, mais par fait : car le pupille peut perdre ce qui est de fait. Il n'en seroit pas de même s'il vouloit perdre la possession par l'intention : il ne le peut pas.

30. *Paul au liv. 15 sur Sabin.*

Quand on possède la totalité d'un édifice, on n'est pas censé pour cela posséder en particulier les différentes choses qui se trouvent dans l'édifice.

1. On perd la possession de plusieurs manières : par exemple lorsqu'on enterre un mort dans le lieu qu'on possédoit. Car un lieu devenu religieux ou sacré ne peut plus être possédé par personne, pas même par ceux qui, au mépris de la religion, continueroient à le posséder comme lieu particulier. Il en est de même d'un homme libre qui ne peut jamais être possédé comme esclave.

2. Labeon est d'avis que le propriétaire d'un bâtiment en perd malgré lui la possession, quand, sur le refus fait par le propriétaire de donner caution à ce voisin de l'indemniser du tort qu'il craint de la ruine de l'édifice, le prêteur a envoyé le voisin en possession de ce bâtiment.

3. On cesse encore de posséder le terrain qui est occupé par la mer ou par un fleuve, ou si on tombe soi-même sous la puissance d'autrui.

4. On cesse de plusieurs manières de posséder les choses mobilières : par exemple si on n'a plus l'intention de les posséder, ou si on affranchit un esclave. Il en est de même si la chose possédée change de forme ; par exemple si quelqu'un se fait un habit de la laine que je possédois.

5. L'héritier de celui qui possédoit par son fermier, n'est point en possession avant de l'avoir appréhendée de fait : car on peut bien retenir, mais non acquérir la possession par la seule intention. Néanmoins ce que je tiens à titre d'acheteur, et que je possède par le fermier sera aussi possédé par mon héritier.

6. Si je vous ai prêté un effet, et que vous l'avez vous-même prêté à Titius, qui croit qu'il est à vous, je n'en retiens pas moins la possession de mon effet. Il en est de même si mon fermier sous-loue mon fonds, ou si celui à qui j'ai déposé une chose la dépose lui-même à un autre, quand même la chose seroit successivement passé à plusieurs personnes de mains en mains.

31. *Pomponius au liv. 32 sur Sabin.*

Si le fermier abandonne le fonds sans intention d'en quitter la possession, et qu'ensuite il y rentre, c'est toujours celui qui le lui a donné à loyer qui possède.

32. *Paul au liv. 15 sur Sabin.*

On retient la possession par le fait d'un pupille, quoiqu'il ne puisse pas s'obliger sans l'autorité de son tuteur.

1. Si un fermier vend le fonds, et le tient à ferme de l'acheteur, et qu'il paye les loyers aux deux personnes qui lui ont loué, c'est avec raison que le premier qui a loué retient par le fermier la possession du fonds.

2. L'enfant en bas âge possède bien quand il a acquis la possession avec l'autorité de son tuteur ; parce que cette autorité supplée le défaut de son jugement. Cette jurisprudence a été admise pour l'utilité. Car d'ailleurs l'enfant en bas âge qui prend possession d'une chose n'a aucun sentiment de ce qu'il fait. Cependant un pupille sorti de la première enfance peut acquérir la possession d'une chose sans l'autorité de son tuteur. Un enfant en bas âge peut aussi posséder à titre de pécule ce qui est possédé par son esclave.

33. *Pomponius au liv. 32 sur Sabin.*

Quand même le vendeur d'un fonds auroit donné procuration à quelqu'un pour mettre l'acquéreur en possession, l'acquéreur ne pourroit pas appréhender cette possession par lui-même. Dans le même cas, si un ami du vendeur, ignorant sa mort, ou sans empêchement de la part des héritiers, avoit mis l'acquéreur en possession, la délivrance de la possession seroit valable. Mais on décideroit le contraire si l'ami avoit fait la même chose avec connoissance de la mort du vendeur ou de l'opposition des héritiers.

34. *Ulpian au liv. 7 des Disputes.*

Vous m'avez mis en possession du fonds Cornélien, je croyois être mis en possession

§. 6. Si ego tibi commodavero, tu Titio qui putet tuum esse : nihilominus ego id possidebo. Et idem erit si colonus meus fundum locaverit, aut is apud quem deposueram, apud alium rursus deposuerit : et id quamlibet per plurimum personam factum observandum ita erit.

De commodato vel locatione, vel deposito per plures personas ambulantiibus.

31. *Pomponius lib. 32 ad Sabinum.*

Si colonus non deserendæ possessionis causa exisset de fundo, et eo redisset : eundem locatorem possidere placet.

De colono exeunte et redeunte.

32. *Paulus lib. 15 ad Sabinum.*

Quamvis pupillus sine tutoris auctoritate non obligetur, possessionem tamen per eum retinemus.

De pupillo.

§. 1. Si conductor rem vendidit, et eam ab emptore conduxit, et utrique mercedes præstitit : prior locator possessionem per conductorem rectissimè retinet.

Si conductor rem vendidit, et ab emptore conduxit.

§. 2. Infans possidere rectè potest, si tutore auctore cœpit : nam iudicium infantis suppletur auctoritate tutoris. Utilitatis enim causa hoc receptum est. Nam alioquin nullus sensus sit infantis accipiendi possessionem. Pupillus tamen etiam sine tutoris auctoritate possessionem nancisci potest. Item infans peculiari nomine per servum possidere potest.

De infante et pupillo.

33. *Pomponius lib. 32 ad Sabinum.*

Fundi venditor etiam si mandaverit alicui, ut emptorem in vacuum possessionem induceret : priusquam id fieret, non rectè emptor per se in possessionem veniet. Item si amicus venditoris, mortuo eo, priusquam id sciret, aut non prohibentibus hereditibus, id fecerit : rectè possessio tradita erit. Sed si id fecerit, cum sciret dominum mortuum, aut cum sciret heredes id facere nolle, contrà erit.

Si venditor mandavit emptorem in vacuum possessionem induci.

34. *Ulpianus lib. 7 Disputationum.*

Si me in vacuum possessionem fundi Cornéliani miseris, ego putarem me in

De errore.

fundum Sempronianum missum, et in Cornelianum iero, non adquiram possessionem, nisi fortè in nomine tantum erraverimus, in corpore consenserimus. Quoniam autem in corpore consenserimus, an à te tamen recedet possessio, quia animo deponere et mutare nos possessionem posse et Celsus et Marcellus scribunt, dubitari potest. Et si animo adquirei possessio potest, nunquid etiam adquisita est? Sed non puto errantem adquirere. Ergo nec amittet possessionem, qui quodammodo sub conditione recessit de possessione.

§. 1. Sed si non mihi, sed procuratori meo possessionem tradas : videndum est, si ego errem, procurator meus non erret : an mihi possessio adquiratur? Et cum placeat ignorantia adquirei, poterit et erranti. Sed si procurator meus erret, ego non errem : magis est ut adquiram possessionem.

De acquisitione per servum.

§. 2. Servus quoque meus ignorantia mihi adquiret possessionem. Nam et servus alienus, ut Vitellius scribit, sive à me, sive à nemine possideatur, potest mihi adquirere possessionem, si nomine meo eam adipiscatur. Quod et ipsum admitendum est.

35. *Idem lib. 5 de omnibus Tribunalibus.*

De exitu controversiæ possessionis.

Exitus controversiæ possessionis hic est tantum, ut prius pronunciet iudex, uter possideat. Ita enim fiet ut is qui victus est de possessione, petitoris partibus fungatur, et tunc de domino quæretur.

36. *Julianus lib. 13 Digestorum.*

De re pignorat.

Qui pignoris causa fundum creditori tradit, intelligitur possidere. Sed etsi eundem precario rogaverit, æquè per diutinam possessionem capiet. Nam cum possessio

du fonds Sempronien : c'est néanmoins dans le fonds Cornélien que je suis entré. Je n'acquiers point la possession de ce fonds, à moins que nous ne nous soyons trompés que sur le nom, et non sur la chose. Cependant dans le cas même où on est d'accord sur la chose, il y a quelque difficulté pour savoir si on ne perd pas la possession quand il y a erreur sur le nom : car Celse et Marcellus écrivent qu'on peut perdre et changer sa possession par la seule intention. Et s'il est vrai qu'on puisse acquérir la possession par la seule intention, sera-t-elle acquise dans le cas dont il s'agit? Mais je ne pense pas que celui qui est dans l'erreur puisse acquérir. Et par la même raison il ne perdra pas la possession qu'il a quittée par erreur, parce qu'il ne l'a quittée pour ainsi dire que sous condition.

1. Mais supposons que la délivrance de la possession ne soit pas faite à moi, mais à mon fondé de procuration, que je sois dans l'erreur, et que mon fondé de procuration n'y soit pas, acquerrai-je la possession? On répond que, puisque le fondé de procuration peut bien m'acquérir la possession à mon insu, il peut me l'acquérir aussi quoique je sois dans l'erreur. Dans le cas même où ce ne sera pas moi, mais mon fondé de procuration qui sera dans l'erreur, j'acquerrai la possession.

2. Mon esclave m'acquiert aussi la possession d'une chose à mon insu. Et même, suivant Vitellius, l'esclave d'autrui qui est possédé par moi, ou qui ne l'est par personne, peut m'acquérir la possession quand il s'en saisit en mon nom. Ce qui est vrai.

35. *Le même au liv. 5 de tous les Tribunaux.*

Le but d'une instance en matière de possession n'est autre que de faire prononcer au juge lequel des deux contendans est véritablement en possession. D'après ce jugement celui qui aura succombé au possesseur prendra la qualité de demandeur, et il y aura instance au pétitoire.

36. *Julien au liv. 13 du Digeste.*

Le possesseur d'un fonds le livre à son créancier pour lui tenir lieu de gage ; il retient la possession par le fait du créancier. Mais supposez qu'après avoir livré ce fonds à

à son créancier, il l'ait reçu de lui à titre précaire, il continuera également le temps qui lui est nécessaire pour achever de le prescrire : car puisque la possession du créancier n'interrompt point la prescription, la concession par lui faite à titre de précaire doit encore moins l'interrompre ; puisqu'il est évident que le possesseur qui, après avoir livré la chose, se l'est fait rendre à titre de précaire, a plus de droit sur la possession que celui qui ne la possède pas du tout.

37. *Marcien au liv. unique sur la Formule hypothécaire.*

Un débiteur a donné des biens en gage à son créancier, et l'en a mis en possession ; le débiteur a pris ensuite ces mêmes biens à loyer du créancier, et on est convenu que ce débiteur seroit fermier des biens situés à la campagne, et locataire des maisons de ville ; le créancier retient la possession par le débiteur à qui il a loué.

38. *Julien au liv. 44 du Digeste.*

Celui qui écrit à son esclave de rester en liberté n'a pas intention d'abandonner à l'instant la possession de son esclave, mais son intention se réfère au temps où son esclave aura connoissance de sa lettre.

1. Si le possesseur d'un fonds en cède la possession à un autre, en déclarant expressément qu'il n'entend se dépouiller de la possession qu'autant que la propriété du fonds lui appartient, la délivrance de la possession sera nulle si le fonds ne lui appartient pas. Il y a plus, la possession peut être livrée conditionnellement, aussi bien que la propriété, et elle ne passe à celui qui la reçoit, que lors de l'existence de la condition.

2. Si un particulier a vendu un esclave à Titius, et que la délivrance en ait été faite à l'héritier de Titius, cet héritier peut acquérir par cet esclave la possession des biens de la succession de Titius, parce qu'il tient de cette succession non pas l'esclave, mais l'action du contrat de vente et achat. Car si un esclave étoit dû à un testateur en vertu d'une stipulation ou d'un testament, et que la délivrance en fût faite à l'héritier, cet héritier pourroit appréhender par le ministère de cet esclave la possession des biens dépendans de la succession du testateur.

39. *Le même au liv. 2 sur Minicius.*

Je pense qu'il faut distinguer dans quel es-

*Tome VI.*

*sessio creditoris non impediatur capionem, longè minus precarii rogatio impedimento esse non debet: cum plus juris in possessione habeat, qui precario rogaverit, quam qui omnino non possidet.*

37. *Marcianus lib. singulari ad Formulam hypothecariam.*

*Res pignoris nomine data, et possessione tradita, deinde à creditore conducta: convenit, ut is qui hypothecam dedisset, pro colono in agro, in ædibus autem pro inquilino sit: per eos creditor possidere videtur.*

38. *Julianus lib. 44 Digestorum.*

*Qui absenti servo scribit ut in libertate moretur, non eam mentem habet, ut statim velit servi possessionem dimittere: sed magis destinationem suam in id tempus conferre, quo servus certior factus fuerit.*

§. 1. *Si quis possessionem fundi ita tradiderit, ut ita demum cedere ea dicat, si ipsius fundus esset: non videtur possessio tradita, si fundus alienus sit. Hoc amplius existimandum est, possessiones sub conditione tradi posse, sicut res sub conditione traduntur; neque aliter accipientis fiunt, quam conditio extiterit.*

§. 2. *Si is qui Titio servum venderat, heredi ejus eum tradiderit, poterit heres rerum hereditiarum possessionem per eum apprehendere: quia non servus jure hereditario, sed actio ex empto ad eum pervenit. Nam et si ex stipulatu, vel ex testamento servus testatori debitus fuisset, et heres eum accepisset: non prohiberetur rerum hereditiarum possessionem per eundem acquirere.*

*De eo qui absenti servo scribit, ut in libertate moretur.*

*De conditione.*

*De servo tradito heredi debitoris.*

39. *Idem lib. 2 ex Minicio.*

*Interesse puto, qua mente apud se-*

*De re sequens tracta.*

questrum deponitur res : nam si omittendæ possessionis causa, et hoc apertè fuerit approbatum : ad usucapionem possessio ejus partibus non procederet. At si custodiæ causa deponatur , ad usucapionem eam possessionem victori procedere constat.

40. *Africanus lib. 7 Quæstionum.*

Si servus dominum de possessione dejecerit.

Si de eo fundo, quem cùm possiderem, pignori tibi dedi, servus tuus te dejiciat, adhuc te possidere ait : quoniam nihilominus per ipsum servum possessionem retineas.

De morte vel discessu coloni.

§. 1. Si fortè colonus, per quem dominus possideret, decessisset : propter utilitatem receptum est, ut per colonum possessio et retineretur, et contineretur. Quo mortuo, non statim dicendum, eam interpeilari : sed tunc demum, cùm dominus possessionem apisci neglexerit. Aliud existimandum ait, si colonus sponte possessione discessit. Sed hæc ita esse vera, si nemo extraneus eam rem interim possederit, sed semper in hereditate coloni manserit.

De clandestina possessione.

§. 2. Servum tuum à Titio bona fide emi, et traditum possedi : deinde cùm comperissem tuum esse, ne eum peteres, celare cœpi. Non ideò magis hoc tempore clàm possidere videri me, ait. Nam retrò quoque, si sciens tuum servum non à domino emerim, et tum clàm eum possidere cœpisssem, postea certiorum te fecerim, non ideò desinere me clàm possidere.

§. 3. Si servum meum bonæ fidei emptori clàm abduxerim : respondit, non videri me clàm possidere : quia neque precarii rogatione, neque conductione suæ rei dominum teneri : et non posse causam clandestinæ possessionis ab his duabus causis separari.

prit les parties déposent une chose entre les mains d'un séquestre : car si elles ont intention de se démettre absolument de la possession, et que cela soit bien prouvé, dans ce cas la possession du séquestre ne serviroit point aux parties pour prescrire ; mais si elles n'avoient consenti au séquestre simplement que pour faire garder la chose par un tiers, la possession du séquestre serviroit pour la prescription en faveur de la partie qui aura gagné son procès.

40. *Africanus au liv. 7 des Questions.*

Votre esclave vous a dépossédé d'un fonds que moi, qui en étoit possesseur, vous ai donné en gage. Julien dit que vous conservez encore la possession, parce que vous la retenez par le fait de votre esclave.

1. Lorsqu'un fermier, par le fait duquel le propriétaire possède, vient à mourir, on sait qu'il est reçu que la possession est conservée et continuée par le fait du fermier. On ne peut pas dire qu'à la mort du fermier, la possession du maître soit interrompue à l'instant : elle ne l'est que du moment qu'il néglige de s'en saisir. Il n'en seroit pas de même si le fermier abandonnoit volontairement la possession. Au surplus le même jurisconsulte pense que tout cela n'est vrai qu'autant qu'un tiers n'aura pas été possesseur intermédiaire, et que la possession sera toujours restée dans la succession du fermier.

2. J'ai acheté de bonne foi de Titius un esclave qui vous appartenoit, et il m'en a livré la possession. Ayant su depuis que cet esclave étoit à vous, je l'ai tenu caché pour que vous ne puissiez pas le réclamer. Julien pense que ma possession ne devient pas pour cela clandestine. Car au contraire, si j'ai acheté sciemment un esclave de celui qui n'en étoit pas le maître, et que ma possession ait été clandestine dans son principe, quand je vous avertissois de ma possession, je ne laisserois pas de continuer à posséder clandestinement.

3. Le propriétaire d'un esclave l'enlève clandestinement à celui qui le possédoit de bonne foi. Julien répond que la possession qu'il acquiert n'est pas clandestine ; parce qu'un propriétaire ne peut posséder sa chose ni à titre précaire ni à titre de loyer, et qu'il n'y a que ces deux titres qui puissent donner lieu à la possession clandestine.

41. *Paul au liv. 1 des Institutes.*

Celui qui entre dans le fonds d'un ami à titre de familiarité n'est point censé posséder ce fonds ; parce que, quoiqu'il en ait une possession corporelle et de fait, cependant il n'y est pas entré dans l'intention de s'en acquérir la possession.

42. *Ulpien au liv. 4 des Règles.*

Un esclave commun possédé par un seul des copropriétaires est néanmoins censé possédé par tous.

1. Un fondé de procuration qui a un mandat spécial pour acheter une chose en acquiert à l'instant la possession au mandant. Il n'en est pas de même s'il a acheté la chose de son propre mouvement, à moins que son constituant n'ait ratifié l'achat.

45. *Marcien au liv. 3 des Règles.*

Un particulier a acheté un fonds dont il savoit qu'une petite partie n'appartenoit point au vendeur. Julien décide que s'il a su que cette petite partie appartenoit à un autre séparément, il pourra acquérir par prescription les autres parties. S'il a su que la petite partie appartenoit à un autre par indivis, quoiqu'il ignore alors où est située la partie appartenante à autrui, il pourra également prescrire ; parce que rien n'empêche que l'acheteur ne prescrive la portion qu'il a cru appartenir au vendeur, quand il ne fait pas tort à un autre.

1. Pomponius écrit aussi au livre cinq des différentes leçons, que l'acheteur qui sait ou pense que l'usufruit du fonds vendu appartient à autrui, peut, s'il est de bonne foi, prescrire la propriété.

2. Il en est de même, dit ce jurisconsulte, si l'acheteur sait que la chose qu'il achète est engagée à un autre.

44. *Papinien au liv. 23 des Questions.*

Un homme prêt à faire un voyage lointain, dépose une somme d'argent dans la terre pour l'y conserver ; étant de retour, il ne se rappelle plus le lieu où il a caché son trésor : cesse-t-il de le posséder ? ou s'il vient ensuite à découvrir ce lieu, acquiert-il une nouvelle possession ? Comme ce n'est qu'à titre de dépôt qu'on dit que cet homme a enfoui son argent, j'ai répondu que je ne croyois pas qu'il eût perdu sa possession ; que d'ailleurs l'infidélité de sa mémoire ne pouvoit pas lui ôter une posses-

41. *Paulus lib. 1 Institutionum.*

Qui jure familiaritatis amici fundum ingreditur, non videtur possidere : quia non eo animo ingressus est, ut possideat, licet corpore in fundo sit.

De ingressu in fundum jure familiaritatis.

42. *Ulpianus lib. 4 Regularum.*

Communis servus, etiam si ab uno ex dominis omnium nomine possideatur, ab omnibus possideri intelligitur.

De servo communi.

§. 1. Procurator, si quidem mandante domino rem emerit, profectus illi acquirit possessionem. Quod si sua sponte emerit, non : nisi ratam habuerit dominus emptionem.

De procuratore.

45. *Marcianus lib. 3 Regularum.*

Si quis fundum emerit, cujus partem sciebat esse alienam : Julianus ait, si pro diviso sciat alienam esse, posse eum reliquas partes longa possessione capere. Sed si pro indiviso, licet ignoret quis sit locus, æquè eum capere posse : quod sine ullius damno pars quæ putatur esse vendentis, per longam possessionem ad emptorem transit.

Si emptor sciat partem esse alienam.

§. 1. Sed et Pomponius scripsit libro quinto variarum lectionum, si sciat vel putet alienum esse usumfructum, bona fide diutina possessione capere posse.

Vel usumfructum esse alienum.

§. 2. Idem, inquit, et si emero rem, quam sciam pignori obligatam.

Vel rem esse pignoratam.

44. *Papinianus lib. 23 Questionum.*

Peregrè profecturus pecuniam in terra custodiæ causa condiderat : cum reversus locum thesauri immemoria non repeteret, an desisset pecuniam possidere ; vel si postea recognovisset locum, an confestim possidere inciperet, quaesitum est ? Dixi, quoniam custodiæ causa pecunia condita proponeretur, jus possessionis ei qui condidisset, non videri preemptum : nec infirmitatem memoriæ damnum adferre possessionis, quam alius non invasit. Alioquin responsuros, per momenta

De pecunia condita.

servorum, quos non viderimus, interire possessionem. Et nihil interest, pecuniam in meo, an in alieno condidisset : cum si alius in meo condidisset, non aliàs possiderem, quàm si ipsius rei possessionem supra terram adeptus fuisset. Itaque nec alienus locus meam propriam aufert possessionem : cum supra terram, an infra terram possideam, nihil intersit.

De acquisitione  
per servos.

§. 1. Quæsitum est, cur ex peculi causa per servum ignorantibus possessio quæreretur? Dixi, utilitatis causa jure singulari receptum, ne cogentur domini per momenta species, et causas peculiariorum inquirere : nec tamen eò pertinere speciem istam, ut animo videatur adquiri possessio. Nam si non ex causa peculiari quærat aliquid, scientiam quidem domini esse necessariam, sed corpore servi quæri possessionem.

De amittenda  
possessione,  
quam per nos-  
metipsos, vel per  
alios habemus.

§. 2. Quibus explicitis, cum de amittenda possessione quærat, multum interesse dicam, per nosmetipsos, an per alios possideremus. Nam ejus quidem quod corpore nostro teneremus, possessionem amitti vel animo, vel etiam corpore, si modò eo animo inde digressi fuisset, ne possideremus : ejus verò quod servi, vel etiam coloni corpore possidentur, non aliter amitti possessionem, quàm eam alius ingressus fuisset; eamque amitti nobis quoque ignorantibus. Illa quoque possessionis amittendæ separatio est : nam saltus hybernos et æstivos, quorum possessio retinetur animo.

45. *Idem lib. 2. Definitionum.*

Licet ne servum, neque colonum ibi habeamus.

sion dont un autre ne s'étoit pas emparé. Autrement on pourroit dire que nous perdons la possession de nos esclaves dans les momens où nous ne les voyons pas. Peu importe, dans le cas proposé, que cet homme ait enfoui son argent dans son terrain ou dans celui d'un autre, parce que celui dans la terre duquel il l'auroit déposé ne le posséderoit qu'autant qu'outre la possession de sa terre il auroit acquis la possession de l'argent. Ainsi le défaut de propriété du lieu ne lui ôte pas la possession de son argent; parce qu'à l'égard de la possession, peu importe qu'on possède sur terre ou sous terre.

1. On a demandé pourquoi le maître acquiert, même à son insu, la possession des choses qui entrent dans le pécule de son esclave? J'ai répondu que cette jurisprudence avoit été introduite par une raison d'utilité publique, afin que les maîtres ne fussent pas obligés de s'enquérir à tout moment des choses qui étoient dans le pécule de leurs esclaves, et des causes qui les y faisoient entrer; que néanmoins on ne pouvoit pas conclure de ce cas particulier, que la possession pût être acquise par la seule intention. Car hors du cas du pécule, la possession est bien acquise au maître par le fait de l'esclave, mais il faut que ce soit avec la connoissance du maître.

2. Ceci étant expliqué, il s'agit des manières de perdre la possession, je pense qu'il faut bien distinguer si nous possédons par nous-mêmes ou par autrui. A l'égard des choses que nous possédons par nous-mêmes, nous en perdons la possession par notre intention ou par notre fait, pourvu qu'en ce second cas le fait soit accompagné de l'intention d'abandonner la possession; mais à l'égard des choses que nous possédons par nos esclaves ou nos fermiers, nous n'en pouvons perdre la possession qu'autant qu'ayant été abandonnée par eux, elle aura été appréhendée par un autre : ce qui peut arriver à notre insu. Il y a encore une distinction à faire en matière de perte de possession, elle concerne les biens qu'on occupe alternativement l'été et l'hiver, et dont on relie la possession par la seule intention d'y retourner.

45. *Le même au liv. 2. des Définitions.*

Quand même en les quittant on n'y laisseroit ni esclave ni fermier.

46. *Le même au liv. 23 des Questions.*

A l'égard de ces biens, si quelqu'un y entre en notre absence, même dans l'esprit d'en prendre possession, nous conservons la possession que nous y avons, tant que nous ignorons qu'un autre s'en est emparé. Car, comme dans les obligations le lien se dissout de la même manière qu'il a été serré, de même on ne peut pas ôter à quelqu'un à son insu une possession que sa seule intention lui conserve.

47. *Le même au liv. 26 des Questions.*

Je vous ai confié en dépôt une chose mobilière, ensuite je vous ai permis de la posséder à titre de prêt à usage; vous n'avez point eu l'intention de vous obliger à me la rendre. On a décidé que j'avois dès-lors, même sans connoître votre intention, perdu ma possession. La raison de cette décision est apparemment que l'usage est qu'on perd la possession d'une chose mobilière quand on en abandonne ou néglige la garde, quand même un autre ne s'en empareroit pas. C'est ce qu'écrivit Nerva le fils dans ses livres de l'usucapion. Ce même jurisconsulte écrit qu'il n'en seroit pas de même dans le cas où on auroit prêté un esclave, et par-là négligé de le garder soi-même; car il décide dans ce cas qu'on conserve sa possession tant qu'un autre ne s'en empare pas, par la raison qu'un esclave peut conserver à son maître la possession de sa personne par l'intention qu'il a de retourner à lui, puisqu'il lui acquiert bien la possession de toute autre chose. Le résultat de tout ceci est qu'à l'égard des choses inanimées on en perd la possession dans un moment, mais qu'à l'égard des esclaves on en conserve la possession tant qu'ils ont l'esprit de retour.

48. *Le même au liv. 10 des Réponses.*

Un particulier a fait à quelqu'un donation d'un fonds avec les esclaves qui en dépendoient, et il a déclaré par lettre qu'il en transmettoit la possession au donataire. Si un des esclaves donnés avec le fonds est parvenu dans la possession du donataire, et a été par lui envoyé dans le fonds, il est constant que le donataire aura acquis par le ministère de cet esclave la possession du fonds et des autres esclaves qui en dépendent.

46. *Idem lib. 23 Quæstionum.*

Quamvis saltus proposito possidendi fuerit alius ingressus, tandiù priorem possidere dictum est, quandiù possessionem ab alio occupatam ignoraret. Ut enim eodem modo vinculum obligationum solvitur, quo quæri adsolet: ita non debet ignorantia tolli possessio quæ solo animo tenetur.

47. *Idem lib. 26 Quæstionum.*

Si rem mobilem apud te depositam, aut ex commodato tibi possidere, neque reddere constitueris: confestim amisisse me possessionem vel ignorantem, responsum est. Cujus rei forsitan illa ratio est, quòd rerum mobilium neglecta, atque omissa custodia, quamvis eas nemo alius invaserit, veteris possessionis damnum adferre consuevit. Idque Nerva filius libris de usucapionibus retulit. Idem scribit aliam causam esse hominis commodati omissa custodia: nam possessionem tandiù veterem fieri, quandiù nemo alius eum possidere cœperit: videlicet ideò, quia potest homo proposito redeundi domino possessionem sui conservare, cujus corpore cæteras quoque res possumus possidere. Igitur earum quidem rerum quæ ratione vel anima carent, confestim amittitur possessio: homines autem retinentur, si revertendi animum haberent.

De amittenda possessione rei mobilis, vel se moventis.

48. *Idem lib. 10 Responsorum.*

Prædia cum servis donavit, eorumque se tradidisse possessionem, litteris declaravit. Si vel unus ex servis qui simul cum prædiis donatus est, ad eum qui domum accepit, pervenit, mox in prædia remissus est: per servum prædiorum possessionem quæsitam, cæterorumque servorum, constabit.

De prædiis donatis cum servis.

49. *Idem lib. 2 Definitionum.*

De servo fructuario.

Possessio quoque per servum, cujus usufructus meus est, ex re mea vel ex operis servi acquiritur mihi : cum et naturaliter à fructuario teneatur, et plurimum ex jure possessio mutuetur.

De his qui in aliena potestate sunt.

§. 1. Qui in aliena potestate sunt, rem peculiarem tenere possunt : habere possidere non possunt ; quia possessio non tantum corporis, sed et juris est.

De procuratore.

§. 2. Etsi possessio per procuratorem ignorantem quaeritur, usucapio verò scienti competit, tamen evictionis actio domino contra venditorem invito procuratore non datur : sed per actionem mandati ea cedere cogitur.

50. *Hermogenianus lib. 5 juris Epitomarum.*

De filio opinato.

Per eum quem justo ductus errore filium meum, et in mea potestate esse existimo : neque possessio, neque dominium, nec quicquam aliud ex re mea mihi quaeritur.

De servo in fuga agente.

§. 1. Per servum in fuga agentem, si neque ab alio possideatur, neque si liberum esse credat, possessio nobis acquiritur.

51. *Javolenus lib. 5 ex Posterioribus Labeonis.*

De rebus emptis.

Quarundam rerum animo possessionem apisci nos ait Labeo : veluti si acervum lignorum emero, et eum venditor tollere me jusserit, simul atque custodiam possissem, traditus mihi videtur. Idem juris esse viuo vendito, cum universae amphoræ vini simul essent. Sed videat

49. *Le même au liv. 2 des Définitions.*

Je puis aussi acquérir la possession par le fait d'un esclave sur lequel je n'ai qu'un droit d'usufruit, pourvu qu'il m'acquiert cette possession à l'occasion de mon bien qu'il administre ou de ses travaux qui me sont dus ; parce que je le possède naturellement en qualité d'usufruitier, et que la possession même naturelle emprunte bien des choses de la possession civile.

1. Ceux qui sont sous la puissance d'autrui possèdent bien naturellement les effets qui composent leur pécule, mais ils ne les peuvent posséder civilement ; parce que la possession civile n'est pas simplement une possession de fait, mais une possession de droit.

2. Quoiqu'il soit vrai que la possession puisse être acquise par un fondé de procuration au constituant, même à son insu, de manière toutefois qu'il ne peut consommer la prescription que lorsqu'il sait que la possession lui est acquise, cependant si un procureur a acheté pour son constituant une chose qui vient à être évincée, l'action d'éviction n'appartient point au constituant contre le vendeur, à moins qu'elle ne lui soit cédée par le fondé de procuration : ce à quoi il peut être forcé par l'action du mandat.

50. *Hermogénien au liv. 5 de l'Abregé du droit.*

Je ne puis rien acquérir en conséquence de l'administration de mes affaires faites par quelqu'un que je regarde par erreur comme mon fils et comme étant sous ma puissance ; je n'acquiers par lui ni possession, ni propriété, ni autre chose quelconque.

1. On peut acquérir la possession par le fait d'un esclave fugitif, pourvu qu'il ne soit pas possédé par un autre et qu'il ne se croye pas libre.

51. *Javolénus au liv. 5 des derniers Livres de Labeon.*

Labeon dit qu'il y a certaines choses dont nous pouvons acquérir la possession par l'intention : par exemple si j'achète un monceau de bois que le vendeur me dit d'emporter quand je voudrai, cette quantité de bois m'est censée livrée dès que j'y ai mis un garde pour le garder. Il en est

de même dans le cas de la vente du vin, si toutes les bouteilles sont dans un tas. Mais ne peut-on pas dire qu'il y a dans ces cas une tradition même réelle et corporelle, d'autant qu'il importe peu que le vendeur ait confié la garde de ces choses à moi-même ou à celui que j'ai désigné? Je pense que la question se réduit à savoir si les bouteilles et le monceau de bois peuvent être censés livrés, quoiqu'ils n'aient pas été appréhendés corporellement et de fait. Je ne vois pas de différence soit que je garde moi-même ce tas ou un autre par mon ordre. Dans les deux cas il y a une sorte de possession qui s'estime par l'intention.

52. *Vénuléius au liv. 1 des Interdits.*

En matière possessoire, il ne faut pas confondre les titres de possession avec ceux d'usufruit : de même qu'on ne confond pas les titres de possession avec ceux de propriété. Car on n'en est pas moins en possession quoiqu'un autre ait l'usufruit, et on ne fait point attention à l'usufruit de l'un quand on considère la possession d'un autre.

1. Il est évident que lorsqu'on s'oppose à ce que que quelqu'un bâlisse sur un terrain on s'oppose à sa possession.

2. Une manière de mettre quelqu'un en possession d'une chose est de défendre qu'on mette empêchement à sa prise de possession. Car alors le juge ordonne à l'adversaire d'abandonner sa possession et de la céder à celui en faveur de qui il a prononcé : ce qui est plus fort que de lui ordonner de rendre la possession.

53. *Le même au liv. 5 des Interdits.*

Dans l'usage on peut s'aider d'une possession même vicieuse contre des étrangers qui n'ont point droit à la chose.

TITRE III.

DE L'INTERRUPTION  
DE LA PRESCRIPTION

Et de la prescription ordinaire.

1. *Gaius au liv. 21 sur l'Edit provincial.*

LA prescription a été introduite par une raison de bien public, particulièrement pour que la propriété des choses ne restât pas long-temps, ou même toujours dans l'incerti-

mus, inquit, ne hæc ipsa corporis traditio sit : quia nihil interest, utrum mihi, an et cuilibet jusserim, custodia tradatur? In eo puto hanc quæstionem consistere, an etiam si corpore acervus, aut amphoræ adprehensæ non sunt, nihilominus traditæ videantur. Nihil video interesse, utrum ipse acervum, an mandato meo aliquis custodiat. Utrobique animi quodam genere possessio erit æstimanda.

52. *Vénuléius lib. 1 Interdictorum.*

Permiseri causas possessionis et usus-fructus non oportet : quemadmodum nec possessio et proprietas misceri debent. Namque impediri possessionem, si alius fruatur : neque alterius fructum computari, si alter possideat.

Differentia possessionis et usus-fructus : item possessionis et proprietatis.

§. 1. Eum qui ædificare prohibeatur, possidere quoque prohiberi manifestum est.

De prohibito ædificare.

§. 2. Species inducendi in possessionem alicujus rei est, prohibere ingrediendi fieri. Statim enim cedere adversarium, et vacuam relinquere possessionem jubet : quod multo plus est, quam restituere.

De prohibitione, ne ingrediendi vis fiat.

53. *Idem lib. 5 Interdictorum.*

Adversus extraneos vitiosa possessio prodesse solet.

De vitiosa possessione.

TITULUS III.

DE USURPATIONIBUS,  
ET USUCAPIONIBUS.

1. *Gaius lib. 21 ad Edictum provinciale.*

BONO publico usucapio introducta est, ne scilicet quarundam rerum diu et ferè semper incerta dominia essent : cum sufficeret dominis ad inquirendas res suas

Ratio usucapionis.

statuti temporis spatium.

2. *Paulus lib. 54 ad Edictum.*

Quid sit usurpato. Usurpationem est interruptionem usucapionis. Oratores autem usurpationem frequentem usum vocant.

5. *Modestinus lib. 5 Pandectarum.*

Quid sit usucapio. Usucapio est adjectio domini per continuationem possessionis temporis lege definiti.

4. *Paulus lib. 54 ad Edictum.*

Propositio dicendorum. Sequitur de usucapione dicere. Et hoc ordinae eundem est, ut videamus quis potest usucapere, et quas res, et quanto tempore.

De patre, vel filiofamilias.

§. 1. Usucapere potest scilicet paterfamilias; filiusfamilias, et maxime miles in castris adquisitum usucapiet.

De pupillo.

§. 2. Pupillus, si tutore auctore coeperit possidere, usucapit. Si non tutore auctore possideat, et animum possidendi habeat, dicemus posse eum usucapere.

De furioso.

§. 3. Furiosus, quod ante furorem possidere coepit, usucapit. Sed hæc persona ita demum usucapere potest, si ex ea causa possideat, ex qua usucapio sequitur.

De servo.

§. 4. Servus pro herede possidere non potest.

De fructibus et partu ancillæ.

§. 5. Fructus, et partus ancillarum, et fœtus pecorum, si defuncti non fuerunt, usucapi possunt.

§. 6. Quod autem dicit lex Atinia, ut res furtiva non usucapiatur, nisi in potestatem ejus cui subrepta est, revertatur: sic acceptum est, ut in domini potestatem debeat reverti, non in ejus utique cui subreptum est. Igitur creditori subrepta, et ei cui commodata est, in potestatem domini redire debet.

De re furtiva,

§. 7. Labeo quoque ait, si res peculiaris

tude, puisqu'on laisse d'ailleurs aux propriétaires un temps suffisant pour faire la recherche de leurs propriétés.

2. *Paul au liv. 54 sur l'Edit.*

On entend par usurpation l'interruption de la prescription. Les orateurs se servent du même terme pour signifier un fréquent usage.

5. *Modestinus au liv. 5 des Pandectes.*

L'usucapion est l'adjection du domaine à une possession continuée pendant le temps défini par la loi.

4. *Paul au liv. 54 sur l'Edit.*

Il nous reste à parler de l'usucapion. Pour procéder avec ordre, nous examinerons quelles personnes peuvent acquérir par usucapion (ou prescription ordinaire), quelles choses peuvent être prescrites, et combien de temps il faut pour prescrire.

1. Un père de famille peut prescrire; un fils de famille le peut aussi, sur-tout s'il est au service, et s'il s'agit des choses qu'il acquiert pour composer son pécule castrense.

2. Un pupille prescrit quand sa possession a commencé avec l'autorisation de son tuteur. S'il possède sans être autorisé de son tuteur, mais néanmoins avec intention de sa part de posséder, on décide qu'il peut prescrire.

3. Un furieux acquiert par prescription ce qu'il a commencé de posséder avant sa folie; mais il faut pour cela qu'il possède à un titre qui donne lieu à la prescription.

4. Un esclave ne peut pas posséder à titre d'héritier.

5. L'héritier peut acquérir par la prescription les fruits, les enfans des esclaves, les croix des troupeaux, qui n'ont point appartenu au défunt.

6. Lorsque la loi Atinia dit que les choses volées ne peuvent être prescrites qu'autant qu'elles seront rentrées dans les mains de celui à qui elles ont été volées, cela signifie qu'elles doivent être revenues dans les mains du vrai maître, et non pas simplement dans celles de celui à qui elles ont été volées. Ainsi si la chose a été volée à quelqu'un à qui elle avoit été donnée en gage ou prêtée, il faut qu'elle revienne dans les mains du propriétaire.

7. Labeon décide qu'une chose compo-

sant le pécule de mon esclave ayant été volée à mon insu, et depuis recouvrée par mon esclave, est censée être revenue dans mes mains. Il auroit été à propos d'ajouter, pourvu que j'aie connoissance que la chose me soit revenue. Car il ne suffit pas que mon esclave ait recouvré la chose qu'il a perdue à mon insu, il faut encore que j'aie voulu qu'elle fit partie de son pécule. En effet, si je n'ai pas eu cette intention, il faudra pour qu'elle puisse être prescrite que j'en aie recouvré moi-même la possession.

8. Ainsi, si mon esclave m'a volé une chose, et qu'ensuite il l'ait remise en sa place, elle pourra être prescrite, comme ayant retourné dans mes mains, en supposant toutefois que j'aie ignoré le vol; car si je l'ai su, il faut que je sache aussi que la chose est rentrée sous ma puissance.

9. Ainsi, si mon esclave m'ayant volé un effet le garde, mais en le faisant entrer dans son pécule, il n'est pas censé pour cela, suivant Pomponius, m'être revenu : il faut que je commence à posséder cet effet de la même manière que je le possédois avant qu'il me fût volé par mon esclave, ou qu'ayant su qu'il me l'avoit pris, j'aie consenti à ce qu'il fit partie de son pécule.

10. Labéon propose aussi cette espèce : Je vous ai donné une chose en dépôt, vous l'avez vendue pour en faire votre profit; ensuite vous vous êtes repenti, et vous l'avez rachetée pour la garder comme auparavant : soit que je sache tout ce manège ou que je l'ignore, la chose est censée revenue sous ma puissance, suivant le sentiment de Proculus, qui est vrai.

11. Si la chose d'un pupille a été volée, il suffit que le tuteur sache qu'elle est revenue dans la maison du pupille. Il en est de même de la connoissance du curateur dans le cas d'une chose volée à un furieux.

12. Pour qu'une chose soit censée revenue dans la puissance du maître, il faut qu'il en ait recouvré la possession justement, et de manière qu'elle ne puisse pas lui être ôtée. Il faut encore qu'il ait recouvré cette chose comme étant sienne : car si par erreur j'achète une chose qui m'a été volée, elle n'est point censée rentrée sous ma puissance.

13. Si j'ai réclamé en justice une chose

*Tomé VI.*

liaris servi mei subrepta sit me ignorante, deinde eam nactus sit, videri in potestatem meam redisse. Commodius dicitur, etiam si sciero redisse eam in meam potestatem. Nec enim sufficit, si eam rem quam perdidit, ignorante me servus apprehendat: si modò in peculio eam esse volui. Nam si nolui, tunc exigendum est, ut ego facultatem ejus nactus sim.

§. 8. Ideòque et si servus meus rem mihi subripuerit, deinde eandem loco suo reponat, poterit usucapi, quasi in potestatem meam redierit: utique si nescii; nam si scivi exigimus ut redisse sciam in meam potestatem.

§. 9. Item si eam rem quam servus subripuerit, peculiari nomine teneat, non videri in potestatem meam reversam, Pomponius ait: nisi ita habere cœperimus, quemadmodum habuimus, antequàm subriperetur; aut cum rescissemus, in peculio eum habere concessimus.

§. 10. Item Labeo: si rem quam apud te deposueram, lucrificandi causa vendideris: deinde ex pœnitentia redemeris, et eodem statu habeas, sive ignorante me, sive sciente, ea gesta sint, videri in potestatem meam redisse, secundùm Proculi sententiam: quæ et vera est.

§. 11. Si pupilli res subrepta sit, sufficere dicendum est, si tutor ejus sciat, redisse eam in domum pupilli. Et si furioso, sufficere curatores scire.

§. 12. Tunc in potestatem domini redisse dicendum est, cum possessionem ejus nactus sit justè, ut avelli non possit. Sed et tanquam suæ rei: nam si ignorans rem mihi subreptam, eam: non videri in potestatem meam reversam.

§. 13. Sed etsi vindicavero rem mihi

subreptam, et litis æstimationem accipero: licet corporaliter ejus non sim nactus possessionem, usucapietur.

§. 14. Idem dicendum est, etiamsi voluntate mea alii tradita sit.

§. 15. Heres qui in jus defuncti succedit, licet apud eum ignorantem ancillam furtivam esse, conceperit ea, et peperit, non tamen usucapiet.

§. 16. De illo quæritur, si servus meus ancillam quam subripuit, pro libertate sua mihi dederit, an partum apud me conceptum usucapere possim? Sabinus et Cassius non putant: quia possessio quam servus vitiosè nactus sit, domino noceret: et hoc verum est.

J'ai affranchi. On a demandé si cet esclave pourroit prescrire par la longue possession ? J'ai répondu qu'en ce cas, si Titius en lui livrant le fonds savoit ou ignoroit que je lui avois accordé un pécule, cet esclave pourroit prescrire ; parce que cet esclave sait ou doit savoir que je ne lui ai point accordé de pécule ; et par conséquent on peut le comparer à celui qui se donne pour créancier. Mais si Titius sait que je n'ai point accordé de pécule à mon esclave, il est censé lui avoir fait une donation plutôt que lui avoir donné en paiement un fonds qu'il ne lui devoit pas.

5. Si un tuteur vole un effet appartenant à son pupille et le vend, la prescription n'aura pas lieu avant que l'effet soit retourné en la puissance du pupille. Car le tuteur n'est regardé comme maître à l'égard des biens du pupille, que lorsqu'il les administre fidèlement, et non quand il veut dépouiller son pupille.

4. Si après avoir acheté de bonne foi un fonds appartenant à autrui, on vient à en perdre la possession, et que dans le temps où on la recouvre on sache que la chose est à autrui, on ne pourra pas la prescrire ; parce que la seconde possession est vicieuse dans son principe. On ne peut pas comparer ce cas-ci à celui où l'acquéreur croit en achetant que le fonds appartient au vendeur, mais sait, lors de la tradition, qu'il est à autrui : car lorsque la possession a été perdue, il faut considérer le principe de la possession recouvrée de nouveau. Ainsi, si celui qui a vendu une chose appartenante à autrui la reprend comme vicieuse de l'acheteur, qui sait qu'elle appartient à autrui, il ne pourra plus la prescrire, quoiqu'il fût dans le cas de la prescrire avant de la vendre. Il en est de même de celui qui ayant été expulsé d'un fonds par violence, en recouvre la possession dans un temps où il sait que cette possession appartient à autrui.

5. Celui qui achète d'un homme à qui il sait que le prêteur a défendu de vendre, parce qu'il le soupçonnoit de n'être pas véritablement héritier, ne pourra pas prescrire.

6. Si votre fondé de procuration vend pour trente pièces d'or un de vos fonds dont il auroit pu tirer cent pièces d'or,

an longa possessione caperet? Respondit, si servus meus mandaverit Titio ut fundum emeret, et manumisso ei Titius fundum tradiderit, cum pataret et peculium ei concessum esse, vel etiam cum ignoraret peculium concessum non esse: nihilominus servum diutina possessione capere: quia aut scit servus peculium sibi concessum non esse, aut scire debet: et per hoc similis est ei qui se creditorem esse simulat. Quod si scierit Titius peculium manumisso concessum non esse, donare potius quam indebitum fundum solvere intelligendus est.

§. 3. Si tutor rem pupilli subripuerit, et vendiderit: usucapio non contingit, prius quam res in potestatem pupilli redeat. Nam tutor in re pupilli tunc domini loco habetur, cum tutelam administrat, non cum pupillum spoliat.

De tutere.

§. 4. Qui bona fide alienum fundum emit, et possessionem ejus amisit; deinde eo tempore adprehendisset, quo scit rem alienam esse, non capiet longo tempore: quia initium secundæ possessionis vitio non carebit. Nec similis est ei qui emptionis quidem tempore putat fundum vendentis esse: sed cum traditur, scit alienum esse. Cum enim semel amissa fuerit possessio, initium rursus recuperatæ possessionis spectari oportet. Quare si eo tempore redhibeatur homo, quo emptor scit alienum esse, usucapio non contingit: quamvis, antequam venderet, in ea causa fuerit, ut usucaperet. Idem juris est in eo qui de fundo dejectus, possessionem per interdictum recuperavit, sciens jam alienum esse.

De bona fide.

§. 5. Qui sciens emit ab eo quem prætor ut suspectum heredem deminuere vetuit, usu non capiet.

De prohibito deminuere.

§. 6. Procurator tuus si fundum quem centum aureis vendere poterat, addiderit trigenta aureis in hoc solum, ut te damno

De procuratore vendente.

adficeret, ignorante emptore : dubitari non oportet, quin emptor longo tempore capiat. Nam et cum sciens quis alienum fundum vendidit ignorantem, non interpellatur longa possessio. Quod si emptor cum procuratore collusit, et eum premio corruptum, quo vilius mercaretur, non intelligitur bonæ fidei emptor, nec longo tempore capiet. Et si adversus petentem dominum uti coeperit exceptione rei voluntate ejus vendita : replicationem doli utilem futuram esse.

De re furtiva.

§. 7. Furtiva res non intelligitur rediisse in domini potestatem, quamvis possidere eam, si modò ignoraverit subreptam sibi esse. Si igitur servum qui tibi subreptus erat, ignorantem tibi tuum esse, pignori dederis, et soluta pecunia eum Titio vendideris : Titius usucapere non poterit.

De libero homine bona fide serviente.

§. 8. Liber homo qui bona fide nobis servit, hisdem modis ex re nostra acquirit nobis, quibus per servum nostrum acquirere solemus. Quare sicut traditione, ita usucapione rem nostram faciemus, interveniente libera persona : et si peculii nomine, quod nos sequi debet, emptio contracta fuerit, etiam ignorantes usucapimus.

§. 8. *Idem lib. 2 ex Minicio.*

De venditore consumpturo pecuniam.

Si quis cum sciret venditorem pecuniam statim consumpturum, servos ab eo emisset : plerique responderunt, eum nihilominus bona fide emptorem esse : idque verius est. Quomodò enim mala fide emisse videtur, qui à domino emit ? nisi fortè et is qui à luxurioso, et protinus scorto daturò pecuniam, servos emit, non usucapiet.

dans la seule intention, non connue de l'acheteur, de vous faire du préjudice, il n'y a point de doute que l'acheteur peut prescrire : car, dans le cas même où un possesseur de mauvaise foi vend un fonds à un acquéreur de bonne foi, la prescription n'est point interrompue. Mais si l'acheteur s'entendoit avec le fondé de procuration, et l'avoit corrompu par argent pour avoir la chose à bas prix, on ne le regardera pas comme étant de bonne foi, et il ne pourra pas prescrire. Dans le cas même où il voudroit opposer au maître qui réclamerait sa chose une exception fondée sur ce qu'elle lui a été vendue de son consentement, le maître pourroit lui fournir une réplique tirée de son dol.

7. Une chose volée n'est point censée être retournée sous la puissance de son maître, quand même il la posséderoit, s'il ignore qu'elle lui a été volée. Ainsi, si je vous donne en gage votre propre esclave qui vous a été volé, et que vous ignorez être à vous, et qu'après vous avoir payé ma dette, je vende cet esclave à Titius, Titius ne pourra pas le prescrire.

8. Une personne libre que nous possédons de bonne foi comme notre esclave, nous acquiert, en administrant nos biens, des mêmes manières dont nous acquérons ordinairement par nos esclaves. Ainsi, de même que nous acquerions par cette personne libre la propriété d'une chose qui lui seroit livrée par le véritable maître, de même aussi si la chose ne lui a pas été livrée par le véritable maître, nous pourrions l'acquérir par la voie de la prescription ; et si cette personne libre, possédée comme esclave, acquiert en vertu du pécule que nous lui avons concédé, et qui nous suit toujours, la prescription aura lieu même à notre insu.

8. *Le même au liv. 2 sur Minicius.*

Si un particulier achète des esclaves d'un homme qu'il sait devoir dissiper le prix, plusieurs ont pensé avec raison qu'il n'en étoit pas moins acheteur de bonne foi. Car comment supposer de la mauvaise foi dans un homme qui achète du véritable maître ? à moins pourtant qu'il n'achète d'un homme débauché et sachant qu'il est prêt à donner l'argent à une fille de mauvaise conduite : car alors il ne prescra pas les esclaves.

9. *Le même au liv. 5 sur Ursélius-Férox.*

Celui qui a reçu de son esclave, pour prix de sa liberté, une fille esclave volée, pourra prescrire à titre d'acheteur l'enfant dont cette fille accouchera.

10. *Le même au liv. 2 sur Minicius.*

Un esclave a donné à son maître pour racheter sa liberté une fille esclave qu'il avoit volée. Elle a conçu. On a demandé si le maître pourroit prescrire l'enfant? Le jurisconsulte répond que ce maître peut prescrire l'enfant à titre d'acheteur : car il a donné quelque chose pour cette femme. Et en général il y a une espèce de vente entre le maître et l'esclave.

11. *Africain au liv. 7 des Questions.*

On dit ordinairement que celui qui a opinion d'avoir acheté, et qui cependant n'a pas réellement acheté, ne peut pas prescrire à titre d'acheteur. Cela est vrai, si l'acheteur n'a pas une juste cause d'avoir cette opinion erronée. Car si un esclave ou un fondé de procuration à qui j'ai donné ordre de m'acheter une chose, m'a persuadé qu'il l'avoit achetée, et me l'a en conséquence livrée, il est plus probable que la prescription aura lieu.

12. *Papinien au liv. 10 des Réponses.*

Lorsque le juge envoie en possession un légataire pour la sûreté et conservation de son legs, l'héritier prescrit à titre d'acheteur, sauf le gage prétorien qui affecte les effets de la succession.

13. *Scévola au liv. 5 des Réponses.*

Un particulier a acheté de bonne foi un terrain appartenant à autrui; et avant d'avoir accompli le temps de la prescription, il a bâti sur ce terrain; le vrai maître lui a fait une sommation avant l'accomplissement de la prescription, mais le possesseur a toujours continué de posséder. On demande si la prescription est interrompue, ou si elle a continué? J'ai répondu que dans l'espèce proposée la prescription n'avoit point été interrompue.

14. *Le même au liv. 25 du Digeste.*

La succession d'une sœur morte *ab intestat* est échue à deux de ses frères, dont l'un étoit absent et l'autre présent. Le présent se faisoit fort pour l'absent; il a vendu tant en son nom qu'au nom de son frère et solidairement un fonds dépendant de cette

9. *Idem lib. 5 ad Urselium Terocem.*

Qui ob pactionem libertatis ancillam furtivam à servo accepit, potest partum ejus quasi emptor usucapere.

De partu ancillæ furtivæ.

10. *Idem lib. 2 ad Minicium.*

Servus domino ancillam, quam subripuerat, pro capite suo dedit. Ea concepit. Quæsitum est, an dominus eum partum usucapere possit? Respondit: Hic dominus quasi emptor partum usucapere potest: namque res ei abest pro hac muliere; et genere quodammodò venditio inter servum et dominum contracta est.

11. *Africanus lib. 7 Quæstionum.*

Quòd vulgò traditum est, eum qui existimat se quid emisse, nec emerit, non posse pro emptore usucapere: hactenus verum esse ait, si nullam justam causam ejus erroris emptor habeat. Nam si fortè servus vel procurator cui emendam rem mandasset, persuaserit ei se emisse, atque ita tradiderit, magis esse ut usucapio sequatur.

De errore factæ causæ.

12. *Papinianus lib. 10 Responsorum.*

Misso legatario in possessionem, res pro emptore usucapiuntur, salva prætorii pignoris causa.

13. *Scævola lib. 5 Responsorum.*

Alienam aream bona fide emit, et ante impletam diutinam possessionem ædificare cœpit, ei denuntiante domino soli intra tempora diutinæ possessionis perseveravit. Quæro: utrùm interpellata sit, an cœpta duraverit? Respondit, secundùm ea quæ proponerentur, non esse interpellatam.

De denuntiatione.

14. *Idem lib. 25 Digestorum.*

Intestatæ sororis hereditas obvenit duobus fratribus, quorum alter absens erat, alter præsens. Præsens etiam absentis causam agebat: ex qua hereditate suo, et fratris sui nomine fundum insolidum vendidit Lucio Titio bona fide ementi.

De re communi.

Quæsitum est, cum scierit partem fundi absentis esse, an totum fundum longa possessione ceperit? Respondit, si credidisset mandatu fratris venisse, per longum tempus cepisse.

succession à Lucius - Titius, acquéreur de bonne foi. On a demandé si l'acquéreur, sachant que la moitié du fonds appartenait à l'absent, pouvoit prescrire le fonds entier? J'ai répondu qu'il pourroit le prescrire en entier, s'il a cru que le frère absent avoit chargé son frère de le vendre.

## TITULUS V.

## PRO HEREDE,

## VEL PRO POSSESSORE.

## 1. Pomponius lib. 32 ad Sabinum.

De bonis vivi.

**P**RO herede ex vivi bonis nihil usucapi potest, etiamsi possessor mortui rem fuisse existimaverit.

## 2. Julianus lib. 44 Digestorum.

De prætorio pignore.

Qui legatorum servandorum causa in possessionem mittitur, non interpellat possessionem ejus qui pro herede usucapit: custodiæ enim causa rem tenet. Quid ergo est? Etiam impleta usucapione jus pignoris retinebit: ut non prius discedat, quàm si solutum legatum ei fuerit, aut eo nomine satisfatum.

De causa possessionis sibi non mutanda.

§. 1. Quod si vulgò respondetur, *causam possessionis neminem sibi mutare posse*: sic accipiendum est, ut possessio non solum civilis, sed etiam naturalis intelligatur. Et propterea responsum est, neque colonum, neque eum apud quem res deposita, aut cui commodata est, luctri faciendi causa pro herede usucapere posse.

§. 2. Filium quoque donatam rem à patre, pro herede negavit usucapere Servius: scilicet qui existimabat naturalem possessionem penes eum fuisse vivo patre. Cui consequens. ut filius à patre heres institutus, res hereditarias à patre sibi donatas, pro parte coheredum usucapere non possit.

## TITRE V.

## DE CELUI QUI POSSÈDE A TITRE

## D'HÉRITIER OU DE POSSESEUR.

## 1. Pomponius au liv. 32 sur Sabin.

**O**N ne peut rien prescrire à titre d'héritier des biens d'une personne vivante, quand même le possesseur croiroit que ces biens appartenoint à une personne morte.

## 2. Julien au liv. 44 du Digeste.

Le légataire envoyé en possession des biens d'une succession pour la sûreté et la conservation de son legs n'interrompt point la possession de celui qui prescrit à titre d'héritier; car il ne possède les biens que comme gardien. Que s'ensuit-il delà? Que même après l'accomplissement de la prescription, il gardera les biens à titre de gage, et qu'il n'en quittera la possession que quand on lui aura payé son legs, ou qu'on l'aura satisfait d'une autre manière.

1. Quand on dit ordinairement que personne ne peut se changer le titre de sa possession, cela s'entend non-seulement de la possession civile, mais encore de la possession naturelle. C'est ce qui fait qu'on a décidé qu'un fermier, un dépositaire, un commodataire ne pouvoit pas prescrire à titre d'héritier, et pour leur profit, la chose qui leur a été louée, déposée ou prêtée.

2. Servius a aussi pensé qu'un fils ne pouvoit pas prescrire à titre d'héritier une chose qui lui avoit été donnée par son père. Car Servius pensoit que la possession naturelle de la chose donnée en ce cas étoit entre les mains du fils du vivant du père. Il s'ensuit delà qu'un fils institué héritier par son père ne prescrit point les effets de la succession qui lui ont été donnés par ce même père, au moins en ce qui concerne les portions de ses cohéritiers.

3. *Pomponius au liv. 23 sur Quintus-Mucius.*

Plusieurs ont pensé que si je suis véritablement héritier, et que je croye qu'un effet que je possède dépend de la succession à laquelle je suis appelé, je puis le prescrire à titre d'héritier.

4. *Paul au liv. 5 sur la Loi Julia et Papia.*

Il est constant que celui qui a eu la faction du testament peut posséder et prescrire à titre d'héritier.

3. *Pomponius lib. 23 ad Quintum Mucium.*

Plerique putaverunt, si heres sim, et De re quam putem rem aliquam ex hereditate esse, putat esse heres hereditariam. quæ non sit, posse me usucapere.

4. *Paulus lib. 5 ad Legem Juliam et Papiam.*

Constat eum qui testamenti factionem habet, pro herede et usucapere posse. De testamenti factione.

TITRE VI.  
DE CELUI QUI POSSÈDE

## A TITRE DE DONATAIRE.

1. *Paul au liv. 54 sur l'Edit.*

ON prescrit à titre de donataire quand on a reçu la chose en vertu d'une donation. Il ne suffit pas qu'on croye qu'elle a été donnée, il faut qu'elle ait été donnée véritablement.

1. Si un père fait une donation au fils qu'il a sous sa puissance, et qu'il vienne ensuite à mourir, le fils ne pourra pas prescrire l'effet donné, parce que la donation est nulle.

2. Si la donation est faite entre conjoints, la prescription n'a pas lieu. Cassius répond encore que la prescription cesse dans le cas où un mari auroit fait une donation à sa femme, et que le divorce auroit suivi; parce que la femme ne peut pas se changer à elle-même le titre de sa possession. Il dit pourtant que la femme pourra prescrire après le divorce, si le mari l'a laissée en possession de l'effet donné, comme s'il lui avoit fait après le divorce une nouvelle donation. Julien pense que la femme possède (au moins naturellement) l'effet qui lui est donné par son mari.

2. *Marcellus au liv. 22 du Digeste.*

Si celui qui a fait donation d'une chose appartenante à autrui a intention de révoquer la donation, et a même commencé le procès en revendication, la prescription court toujours.

3. *Pomponius au liv. 24 sur Quintus-Mucius.*

Dans le cas d'une donation de la chose

TITULUS VI.  
PRO DONATO.1. *Paulus lib. 54 ad Edictum.*

PRO donato is usucapit, cui donationis De errore falso causa, causa res tradita est. Nec sufficit opinari, sed et donatum esse oportet.

§. 1. Si pater filio quem in potestate habet, donet, deinde decedat: filius pro donato non capiet usu, quoniam nulla donatio fuit. De patre et filio.

§. 2. Si inter virum et uxorem donatio facta sit, cessat usucapio. Item si vir uxori rem donaverit, et divortium intercesserit, cessare usucapionem Cassius respondit: quoniam non possit causam possessionis sibi ipsa mutare. Aliàs ait, post divortium ita usucapturam, si eam maritus concesserit, quasi nunc donasse intelligatur. Possidere autem uxorem rem à viro donatam, Julianus putat. De viro et uxore.

2. *Marcellus lib. 22 Digestorum.*

Si is qui alienam rem donaverit, revocare constituerit donationem: etiam si iudicium ediderit, remque cæperit vindicare, curret usucapio. De litis contestatione.

3. *Pomponius lib. 24 ad Quintum Mucium.*

Si vir uxori, vel uxor viro donaverit, De viro et uxore.

si aliena res donata fuerit, verum est quod Trebatius putabat, si pauperior is qui donasset, non fieret, usucapionem possidenti procedere.

4. *Idem lib. 32 ad Sabinum.*

De patre et filia.

Si pater filiae donaverit, quæ in potestate ejus erat, et eam exheredaverit, si id heres ejus ratam habeat, exinde ea usucapiet donationem, qua ex die ratam heres donationem habuerit.

5. *Scævola lib. 5 Responsorum.*

De manumissione.

Qui pro donato coeperat usucapere, manumittendo nihil egit: quia nec dominium nactus fuerit. Quæsitum est, an usucapere desierit? Respondi, eum de quo quæritur, omisisse videri possessionem, et idem usucapionem interruptam.

6. *Hermogenianus lib. 2 juris Epitomarum.*

De venditione facta donationis causa.

Donationis causa facta venditione, non pro emptore, sed pro donato res tradita usucapitur.

TITULUS VII.

PRO DERELICTO.

1. *Ulpianus lib. 12 ad Edictum.*

De re à domino habita pro derelicto.

Si res pro derelicto habita sit, statim nostra esse desinit, et occupantis statim fit: quia hisdem modis res desinunt esse nostræ, quibus adquiruntur.

2. *Paulus lib. 54 ad Edictum.*

Pro derelicto rem à domino habitam si sciamus, possumus adquirere.

§. 1. Sed Proculus non desinere eam rem domini esse, nisi ab alio possessa fuerit. Julianus, desinere quidem omittentis esse, non fieri autem alterius, nisi possessa fuerit. Et rectè.

d'autrui faite entre conjoints, on doit adopter le sentiment de Trebatius, qui pense que si le donateur ne devient pas plus pauvre par la donation, le possesseur peut prescrire.

4. *Le même au liv. 32 sur Sabin.*

Un père a fait une donation à sa fille qu'il avoit sous sa puissance, et l'a déshéritée. Si l'héritier ratifie la donation, la fille commencera à prescrire du jour de la ratification.

5. *Scévola au liv. 5 des Réponses.*

Un particulier ayant commencé à posséder et à prescrire un esclave à titre de donataire l'a affranchi; l'affranchissement est nul, parce qu'il n'est pas encore propriétaire de l'esclave. On a demandé si sa prescription cessoit? J'ai répondu que ce particulier étoit censé avoir abandonné sa possession, et qu'ainsi la prescription cessoit.

6. *Hermogénien au liv. 2 de l'Abrégé du droit.*

Quand on a déguisé une donation sous le nom d'une vente, le possesseur prescrit à titre de donataire, et non pas à titre d'acheteur.

TITRE VII.

DE CELUI QUI POSSÈDE A TITRE

DE DÉLAISSEMENT.

1. *Ulpien au liv. 12 sur l'Edit.*

LORSQU'UNE chose est par nous délaissée, elle cesse à l'instant de nous appartenir, et appartient aussitôt au premier occupant; parce que les moyens de perdre la propriété sont les mêmes que ceux de l'acquiescir.

2. *Paul au liv. 54 sur l'Edit.*

Nous pouvons acquiescir à titre de délaissement une chose que nous savons avoir été abandonnée par le propriétaire.

1. Mais Proculus pense qu'elle ne cesse d'appartenir au propriétaire que du moment qu'elle est possédée par un autre. Julien au contraire dit qu'elle cesse de lui appartenir dès le moment qu'il l'a abandonnée, mais qu'elle ne commence à appartenir à un autre que du moment qu'il la possède. Ce qui est vrai.

3. *Modestin au liv. 7 des Différences.*

On demande si on peut posséder a titre de délaissement une portion d'une chose. Il est vrai que si un copropriétaire abandonne sa portion d'une chose commune, elle cesse de lui appartenir : en sorte qu'on observe la même règle pour la portion que pour le tout. Mais le propriétaire d'une chose ne peut pas en abandonner une portion de quotité et en retenir l'autre.

4. *Paul au liv. 15 sur Sabin.*

On peut prescrire ce qui est abandonné et ce qu'on regarde comme tel, quand même on ignorerait qui est-ce qui l'a abandonné.

5. *Pomponius au liv. 32 sur Sabin.*

Si vous possédez une chose abandonnée, et que le sachant, je l'achète de vous, il est certain que je peux la prescrire. On ne peut pas opposer à cette prescription que la chose n'étoit pas dans vos biens. Car la même chose auroit lieu si j'avois acheté de vous avec connoissance une chose qui vous auroit été donnée par votre femme, parce que vous m'avez fait cette vente comme du consentement et avec la permission du vrai propriétaire.

1. Ce qui est abandonné m'appartient à l'instant que je le prends. Ainsi, si quelqu'un jette de l'argent, ou fait envoler ses oiseaux, sans qu'il sache à quelle personne le tout parviendra, cela appartient à celui que le hasard favorise ; et dès que quelqu'un abandonne une chose, il est censé vouloir qu'elle appartienne à quelqu'autre.

6. *Julien au liv. 3 sur Urseius Féroc.*

On ne peut pas prescrire à titre de délaissement ce que l'on croit faussement avoir été abandonné.

7. *Le même au liv. 2 sur Minicius.*

On demande si, dans le cas où quelqu'un auroit trouvé des marchandises jetées d'un vaisseau dans la mer, il ne pourroit pas les prescrire, par la raison qu'elles ne doivent pas être regardées comme délaissées ? Et il est vrai qu'il ne pourroit pas les prescrire par cette raison.

8. *Paul au liv. 18 des Réponses.*

Sempronius vouloit intenter contre la nommée Thétis une instance en question d'état, prétendant que cette Thétis étoit née d'une

*Tome VI.*

3. *Modestinus lib. 7 Differentiarum.*

An pars pro derelicto haberi possit, quæri solet. Et quidem si in re communi socius partem suam reliquerit. ejus esse desinit : ut hoc sit in parte, quod in toto. Atque totius rei dominus efficere non potest, ut partem retineat, partem pro derelicto habeat.

De parte.

4. *Paulus lib. 15 ad Sabinum.*

Id quod pro derelicto habitum est, et haberi possumus, usucapere possumus, etiam si ignoramus à quo derelictum sit.

De bona fide.

5. *Pomponius lib. 32 ad Sabinum.*

Si id quod pro derelicto habitum possideas, ego sciens in ea causa esse, abs te emerim, me usucapturum constat : nec obstat, quod in bonis tuis non fuerit. Nam et si tibi rem ab uxore donatam sciens emero, quia quasi volente et cedente domino id faceres, idem juris est.

De emptione.

§. 1. Id quod quis pro derelicto habuerit, continuò meum fit. Sicuti cum quis æs sparserit, aut aves amiserit. quamvis incertæ personæ voluerit eas esse, tamen ejus fierent, cujus casus tulerit : eaque cum quis pro derelicto habeat, simul intelligitur voluisse alicujus fieri.

De re à domino habita pro derelicto. De missilibus.

6. *Julianus lib. 3 ad Urseium Férocem.*

Nemo potest pro derelicto usucapere, qui falsò existimaverit rem pro derelicto habitam esse.

Si quis falso existimaverit, rem pro derelicto habitam esse.

7. *Idem lib. 2 ex Minicio.*

Si quis merces ex nave jactatas invenisset, num ideo usucapere non possit, quia non viderentur derelictæ, quæritur ? Sed verius est, eum pro derelicto usucapere non posse.

De jactu mercium.

8. *Paulus lib. 18 Responsorum.*

Sempronius Thetidi status quæstionem facere tentabat, quasi de serva sua nata sit. Qui jam testato conventus à Procula

De alimentis ancillæ negatis.

nutrice Thetidis in solvendis alimentis, respondit non se habere unde alimenta ejusdem exsolvat, sed debere eam patri suo restituere Lucio Titio. Idque ea illa in testationem redeisset, ut postea nullam quæstionem pateretur ab eodem Sempronio. Lucius Titius, Seiæ Proculæ solutis alimentis, puellam vindicta remisit. Quæro, an possit rescindi libertas Thetidis? Paulus respondit, quoniam dominus ancillæ, ex qua Thetis nata est, Thetidem pro derelicto habuisse videtur, potuisse eam à Lucio Titio ad libertatem perducere.

## TITULUS VIII.

## PROLEGATO.

1. *Ulpianus lib. 6 Disputationum.*

De titulo vero vel ofuato.

**L**EGATORUM nomine is videtur possidere, cui legatum est. Pro legato enim possessio et usucapio nulli alii quàm cui legatum est, competit.

2. *Paulus lib. 54 ad Edictum.*

Si possideam aliquam rem, quam putabam mihi legatam, cum non esset, pro legato non usucapiam.

3. *Papinianus lib. 23 Quæstionum.*

Non magis quàm si quis emptum existimet, quod non emerit.

4. *Paulus lib. 54 ad Edictum.*

De re aliena legata. De legato adempto in codicillis. De nomine legatarii homonymo.

Pro legato potest usucapi, si res aliena legata sit, aut testatoris quidem sit, sed adempta codicillis ignoratur. In horum enim persona subest justa causa, quæ sufficit ad usucapionem. Idem potest dici, et si in nomine erit dubitatio: veluti si Titio legatum sit, cum sint duo Titii, ut alter eorum de se cogitatum existimaverit.

filie esclave dont il étoit le maître. Mais ce même Sempronius est actionné devant témoins par Procula, nourrice de cette Thetis, pour lui payer ses mois de nourriture. Sempronius répond qu'il n'a pas de quoi payer les alimens, mais que cette nourrice doit rendre l'enfant à Lucius-Titius, qui est son père. La nourrice a fait dresser procès-verbal de cette réponse, afin que Sempronius ne pût par la suite lui faire des affaires. Lucius-Titius a repris l'enfant, et a payé les nourritures à Séia-Procula; ensuite il a affranchi l'enfant. On demande si la liberté donnée à cet enfant nommé Thetis peut être révoquée? Je réponds que le maître de la fille esclave qui a donné naissance à Thetis ayant abandonné et délaissé cet enfant, Lucius-Titius a pu l'affranchir.

## TITRE VIII.

## DE CELUI QUI POSSÈDE

## A TITRE DE LÉGATAIRE.

1. *Ulpien au liv. 6 des Disputes.*

**O**N possède à titre de légataire quand la chose a été léguée à celui qui la possède. Car la possession et la prescription à titre de légataire ne peut avoir lieu qu'en faveur de celui à qui la chose a été léguée.

2. *Paul au liv. 54 sur l'Edit.*

Si je possède une chose croyant qu'elle m'a été léguée, quoique dans le fait elle ne me l'ait point été, je ne puis pas la prescrire à titre de légataire.

3. *Papinien au liv. 23 des Questions.*

Pas plus que si quelqu'un croit avoir acheté ce qu'il n'a pas acheté.

4. *Paul au liv. 54 sur l'Edit.*

On peut prescrire à titre de légataire, quand le défunt a légué la chose d'autrui, ou quand on ignore qu'il a été par codicille un legs qu'il avoit fait par testament. Car on a alors une juste cause d'erreur qui suffit pour opérer la prescription. On peut dire la même chose du cas où l'erreur tomberoit sur le nom du légataire: par exemple si le legs est fait à Titius, et qu'il y ait deux Titius dont l'un ait reçu la chose léguée croyant qu'on avoit pensé à lui.

5. *Javolénus au liv. 7 sur Cassius.*

On peut prescrire à titre de légataire une chose qu'on a reçue en vertu d'un legs, quand même le maître de la chose seroit vivant.

6. *Pomponius au liv. 32 sur Sabin.*

Pourvu que celui qui l'a reçue à titre de legs croye qu'elle appartient au défunt.

7. *Javolénus au liv. 7 sur Cassius.*

On ne peut posséder à titre de légataire qu'autant qu'on a la faction passive du testament relativement au testateur, parce qu'en ce cas la possession tire son droit du testament.

8. *Papinien au liv. 23 des Questions.*

Si le légataire entre sans fraude en possession de la chose qui lui a été léguée, et qui ne lui a pas été délivrée, la prescription aura lieu en sa faveur.

9. *Hermogénien au liv. 5 de l'Abregé du droit.*

On prescrit à titre de légataire quand la chose a été léguée valablement. Et même quand la chose n'auroit pas été léguée valablement, ou que le legs auroit été ôté par une nouvelle volonté, on est convenu, après bien des difficultés, qu'on pourroit encore la prescrire à titre de légataire.

## TITRE IX.

## DE CELUI QUI POSSEDE

COMME AYANT REÇU EN DOT.

1. *Ulpian au liv. 31 sur Sabin.*

C'EST un titre de possession, qui est même très-juste pour la prescription, que celui qu'on appelle à cause de dot. De manière que celui qui a reçu une chose en dot peut la prescrire après le temps fixé par la loi pour la prescription des choses achetées.

1. Peu importe qu'on ait donné en dot des effets particuliers, ou une universalité de choses.

2. Examinons d'abord ce qui concerne le temps après lequel on peut prescrire à cause de dot. Ce temps doit-il se compter depuis le mariage, ou même avant le mariage? C'est une question agitée ordinairement, de savoir si un fiancé qui n'est pas encore

5. *Javolenus lib. 7 ex Cassio.*

Ea res quæ legati nomine tradita est, quamvis dominus ejus vivat, legatorum tamen nomine usucapietur. Si dominus rei legatæ vivat.

6. *Pomponius lib. 32 ad Sabinum.*

Si is cui tradita est, mortui esse existimaverit.

7. *Javolenus lib. 7 ex Cassia.*

Nemo potest legatorum nomine usucapere, nisi is cum quo testamenti factio est, quia ea possessio ex jure testamenti proficiscitur. De testamenti factione.

8. *Papinianus lib. 23 Quæstionum.*

Si non traditam possessionem ingreditur sine vitio legatarius, legatæ rei usucapio competit. De ingresso in possessionem non traditam.

9. *Hermogenianus lib. 5 juris Epitomarum.*

Pro legato usucapit, cui rectè legatum relictum est. Sed et si non jure legatum relinquatur, vel legatum ademptum est, pro legato usucapi post magnas varietates obtinuit. De legato rectè vel non jure relicto, vel adempto.

## TITULUS IX.

## PRO DOTE.

1. *Ulpianus lib. 31 ad Sabinum.*

TITULUS est usucapionis, et quidem justissimus, qui appellatur pro dote: ut qui in dotem rem accipiat, usucapere possit spatio solemnium, quo solent, qui pro emptore usucapiunt. De tempore.

§. 1. Et nihil refert, singulæ res, an pariter universæ in dotem darentur. De rebus singulis vel universis in dotem datis.

§. 2. Et primùm de tempore videamus, quando pro dote quis usucapere possit, utrum post tempora nuptiarum, an verò et ante nuptias? Est quæstio vulgata, an sponsus possit (hoc est, qui nondum maritus est), rem pro dote usucapere? Ju- De nuptiis.

lianus inquit: Si sponsa sponso ea mente tradiderit res, ut non antè ejus fieri vellet, quàm nuptiæ secutæ sint, usus quoque capio cessabit. Si tamen non evidenter id actum fuerit, credendum esse id agi Julianus ait, ut statim res ejus fiant: et si alienæ sint, usucapi possint. Quæ sententia mihi probabilis videtur. Ante nuptias autem non pro dote usucapit, sed pro suo.

§. 3. Constante autem matrimonio, pro dote usucapio inter eos locum habet, inter quos est matrimonium. Cæterum si cesset matrimonium, Cassius ait cessare usucapionem: quia ei dos nulla sit.

§. 4. Idem scribit, et si putavit maritus esse sibi matrimonium, cum non esset, usucapere eum non posse: quia nulla dos sit. Quæ sententia habet rationem.

2. *Paulus lib. 54 ad Edictum.*

Si æstimata res ante nuptias tradita sit, nec pro emptore, nec pro suo, ante nuptias usucapietur.

3. *Scævola lib. 25 Digestorum.*

De re communi.

Duæ filiæ intestato patri heredes extiterunt: et mancipia communia singulæ in dotem dederunt: et post aliquot annos morte patrisfamilie eriscundæ judicium inter eas dictatum est. Quæsitum est, cum mariti bona fide mancipia in dotem accepta ut dotalia, multis annis possederunt, an usucepisse videantur, si qui accipiebant, dantis credidissent esse? Respondit, nihil proponi, cur non usucepissent.

TITULUS X.

PRO SUO.

1. *Ulpianus lib. 15 ad Edictum.*

De causis possidendi, ex quibus dominium acquiritur.

**P**RO SUO possessio talis est, cum dominium nobis adquiri putamus, et ex ea

marié peut prescrire à cause de dot. Sur quoi Julien décide que si une fiancée donne à son fiancé des effets dans l'intention qu'ils ne commencent à lui appartenir qu'après le mariage, la prescription n'aura pas lieu. Mais le même Julien pense qu'il faut que cette intention soit expresse, autrement on présuamera, suivant lui, que l'intention a été que les effets lui appartenissent à l'instant, et que dans le cas où ils seroient à autrui ils pussent être prescrits. Ce sentiment me paroît probable. Mais, avant le mariage, on ne prescrit pas comme ayant reçu en dot, mais comme se croyant propriétaire.

3. Pendant le mariage la prescription à cause de dot a lieu entre ceux qui sont véritablement mariés. S'il n'y a point de véritable mariage, Cassius pense qu'il n'y a pas de prescription à cause de dot, par la raison qu'il n'y a pas de dot.

4. Ce même jurisconsulte pense que si le mari a cru son mariage valable, quoiqu'il ne le fût pas, il ne peut pas prescrire à cause de dot, parce qu'il n'y a point eu de dot. Ce sentiment est fondé en raison.

2. *Paul au liv. 54 sur l'Edit.*

Si une chose a été donnée avec estimation au tuteur avant le mariage, il ne pourra la prescrire avant le mariage, ni à titre d'acheteur, ni comme se croyant propriétaire.

3. *Scævola au liv. 25 du Digeste.*

Deux filles sont héritières de leur père mort *ab intestat*: chacune d'elles a donné en dot des esclaves communs; plusieurs années ensuite elles ont procédé au partage. On a demandé si les maris qui avoient possédé de bonne foi ces esclaves comme donnés en dot et comme dotaux pendant plusieurs années les avoient prescrits, en supposant qu'ils aient cru qu'ils appartenoint à celles qui les leur avoient donnés en dot? J'ai répondu que je ne voyois pas de raison de décider le contraire.

TITRE X.

DE CELUI QUI POSSÈDE

A TITRE DE PROPRIÉTAIRE.

1. *Ulpien au liv. 15 sur l'Edit.*

**O**N possède à titre de propriétaire quand on croit avoir acquis la propriété, et qu'on

possède en vertu d'un titre translatif de propriété, et qu'en outre on se croit propriétaire. Ainsi quand je possède à titre d'achat, je possède en même temps et comme acheteur et comme propriétaire. Quand j'ai reçu une chose par donation ou par legs, je la possède à titre de donataire ou de légataire, et en outre à titre de propriétaire.

1. Si une chose m'est livrée à titre juste, par exemple à titre d'achat, je possède, même avant la prescription, à titre de propriétaire. Mais peut-on dire qu'après la prescription je cesse de posséder à titre d'acheteur? Mauricien ne le pense pas.

2. *Paul au liv. 54 sur l'Edit.*

Il y a une espèce de possession qu'on appelle à titre de propriétaire. On possède de cette manière tout ce qu'on prend par occupation sur mer, sur terre ou dans l'air, ou ce qu'on acquiert par l'alluvion des fleuves. Il en est de même des choses qui sont nées d'autres choses que nous possédons au nom d'autrui. Par exemple nous possédons comme propriétaire l'enfant d'une fille esclave dépendante d'une succession, ou par nous achetée. Il en est aussi de même des fruits provenans d'une chose que nous avons à titre d'achat, de donation ou de succession.

3. *Pomponius au liv. 22 sur Sabin.*

Vous m'avez livré un esclave que vous croyez par erreur être obligé de me fournir en vertu d'une stipulation. Si je sais que vous ne me devez rien, je ne le prescrirai pas; si je l'ignore, il est plus vrai de dire que je le prescrirai; parce que la tradition que vous me faites en vertu d'un titre que je crois réel suffit pour me faire posséder à titre de propriétaire ce que vous me livrez. Et c'est le sentiment de Nératius, que je crois juste.

4. *Le même au liv. 32 sur Sabin.*

Vous avez acheté de bonne foi une fille esclave qui avoit été volée; elle a conçu et est accouchée chez vous, et vous avez possédé l'enfant, de manière cependant qu'avant d'avoir rempli le temps de la prescription vous avez eu connoissance que la mère avoit été volée. Trébatius pense que l'enfant ainsi possédé est absolument prescrit. Quant à moi, je pense qu'il faut distinguer

causa possidemus, ex qua adquiritur, et præterea pro suo: utputa ex causa emptionis, et pro emptore et pro suo possideo. Item donata, vel legata, vel pro donato, vel pro legato, etiam pro suo possideo.

§. 1. Sed si res mihi ex causa justa, puta emptionis, tradita sit, et usucapiam, incipio quidem et ante usucapionem pro meo possidere. Sed an desinam ex causa emptionis post usucapionem, dubitatur? Et Mauricianus dicitur existimasse non desinere.

2. *Paulus lib. 54 ad Edictum.*

Est species possessionis, quæ vocatur pro suo. Hoc enim modo possidemus omnia quæ mari, terra, cælo capimus, aut quæ alluvione fluminum nostra fiunt. Item quæ ex rebus alieno nomine possessis nata possidemus. Veluti partum hereditariæ, aut emptæ ancillæ, pro nostro possidemus. Similiter fructus rei emptæ, aut donatæ, aut quæ in hereditate inventa est.

De occupatio-  
ne, de alluvione,  
de partu et fruc-  
tibus.

3. *Pomponius lib. 22 ad Sabinum.*

Hominem quem ex stipulatione te mihi debere falsò existimabas, tradidisti mihi. Si scissem mihi nihil debere, usu eum non capiam: quia si nescio, verius est, ut usucapiam: quia ipsa traditio ex causa, quam veram esse existimo, sufficit ad efficiendum, ut id quod mihi traditum est, pro meo possideam. Et ita Nératius scripsit: idque verum puto.

De falsa causa.

4. *Idem lib. 32 ad Sabinum.*

Si ancillam furtivam emisti fide bona, et quod ex ea natum et apud te conceptum est, ita possedisti, ut intra constitutum usucapioni tempus cognosceres matrem ejus furtivam esse. Trebatius omnimodò putat, quod ita possessum esset, usucapum esse. Ego sic puto distinguendum, ut si nescieris intra statutum tempus, cuius id mancipium esset: aut si scieris, neque po-

De partu an-  
cillæ furtivæ. De  
clandestina pos-  
sessione.

tueris certiorum dominum facere: aut si potueris quoque, et feceris certiorum, usucaperes. Sin verò, cum scires, et posses, non feceris certiorum, contra esse: tum enim clam possedis, videberis; neque idem et pro suo, et clam possidere potest.

Si pater cum filiis bona partitus sit.

§. 1. Si pater cum filiis bona quæ habebat partitus sit, et ex ea causa post mortem patris ea teneant, quod inter eos conveniret ut ea divisio rata esset: usucapio his procedat pro suo in his rebus quæ alienæ in bonis patris inveniuntur.

De falsa causa.

§. 2. Quod legatum non sit, ab herede tamen perperam traditum sit, placet à legatario usucapi, quia pro suo possidet.

5. *Neratius lib. 5 Membranarum.*

Ratio usucapionis.

Usucapio rerum etiam ex aliis causis concessa, interim propter ea, quæ nostra existimantes possideremus, constituta est, ut aliquis litium finis esset.

De errore falsæ causæ.

§. 1. Sed id quod quis cum suum esse existimaret, possederit, usucapiet, etiamsi falsa fuerit ejus existimatio. Quod tamen ita interpretandum est, ut probabilis error possidentis usucapioni non obstet: veluti si ob id aliquid possideam, quod servum meum, aut ejus cujus in locum hereditario jure successi, emisse id falsò existimem: quia in alieni facti ignorantia tolerabilis error est.

si vous n'avez pas su dans le temps fixé pour la prescription à qui étoit cette fille esclave; ou si vous l'avez su sans pouvoir avertir le maître que vous aviez cette fille en votre possession; ou si enfin vous avez pu l'en avertir, et que vous l'avez fait, vous prescrirez. Mais si sachant que cette fille avoit un autre maître, et pouvant l'avertir, vous ne l'avez pas fait, vous ne prescrirez pas: car alors vous possédez clandestinement; et on ne peut pas posséder en même temps et clandestinement et à titre de propriétaire.

1. Un père a fait un partage de ses biens entre ses enfans. Après sa mort, les enfans ont gardé leurs portions, parce qu'ils sont convenus de s'en tenir au partage fait par leur père. Ils pourront prescrire à titre de propriétaires les effets appartenans à autrui qui se seront trouvés dans les biens de leur père.

2. Ce qui a été mal-à-propos délivré par un héritier comme chose léguée, quoiqu'elle ne le fût pas, pourra être prescrit par celui qui s'est cru légataire, parce qu'il le possède à titre de propriétaire.

5. *Neratius au liv. 5 des Feuilles.*

La prescription à l'égard des choses que nous possédons dans la croyance qu'elles nous appartiennent, même à des titres différens que ceux qui viennent d'être expliqués, a été introduite pour mettre fin aux procès.

1. On peut prescrire ce qu'on a possédé comme le croyant à soi, quand même cette croyance seroit fausse. Ce qui doit cependant s'entendre de manière que l'erreur du possesseur ne nuit pas à sa prescription, pourvu que cette erreur soit fondée et probable: par exemple si je possède une chose parce que je crois qu'elle a été achetée par mon esclave, ou par un défunt auquel j'ai succédé; parce que l'erreur est tolérable dans le fait d'autrui.